



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google


El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>



NATIONALBIBLIOTHEK
IN WIEN

150380-B

ALT-





150380-B

137. D. 460.

POSITIONES INAUGURALES,

In quibus

**JURIS NATURÆ
DEFINITIO ET FUNDA-
MENTUM. ABDICATIO REGNI. JUS
PRIMARIARUM PRECUM. & ALI-
ENATIO GERADÆ.**

explicantur.

Quas

Indultu Magnifici Fctorum Ordinis,

IN CELEBERRIMA UNIVERSITATE ERFURTENSI

pro consequenda,

LICENTIA DOCTORALI,


d. 16. Febr. st. v. 1692.

Tempore ac locô consvetô

P. P.

JOH. CHRISTIANUS Müldener.

Editio altera, plurimis in locis aucta & suppleta.



HALÆ MAGDEB. AO. 1698.

TYPIS CHRISTIANI HENCKELII, ACAD. HALL. TYPOGR.



B. C. D.

POSITIO I.



Us naturæ est Decretum Voluntatis divinæ, per Rationem promulgatum, omnes homines exactissimè obligans, ut Actiones cum fine à DEO, in Creatione hominum intento, necessariò convenientes suscipiant, non convenientes omittant, juxtà Dispositionem eorum vel Naturalem vel Adventitiam.

I. Juris Naturalis studium neglectum. II. Restitutum. III. Definitiones varia. IV. Nova. V. Legislator. VI. Subjectum. VII. Modus promulgandi. VIII. Obligandi. IX. Objectum X. Origo Moralitatis. XI. Hominis status.

§. I.

Jacuerat per complurium Seculorum decursum *Juris Nature studium* Scholasticorum ineptis com-
men-

A 2

mentis involutum, si non penitus obrutum, neque hi cessabant, majores tanto Lumeni tenebras quotidie offundere, donec fieret, ut exiguae vix quaedam scintillulae adhuc superesse viderentur. Confundebant enim cum Jure naturae Theologiam, non solum moralem, ab illo tamen notante Puffendorfio accurate distinguendam, sed Jurisprudentiam Civilem Legesque positivas isti subinde immiscebant: Magno insuper conatu magnas nugas agebant Doctorum Scholasticorum plurimi, spissaque sua Volumina, paucio vel nullò sale referta orbis, tunc quidem parum erudito, obtrudebant, in quibus frivolarum quaestionum artifices araneorum, telas, subtiles quidem, sed inanes ac inutiles, operose contexebant, ac ita ruditatem seculi barbaro sermone & ignorantia affectata non leviter augebant. Luculento exemplo nobis quidem esse possunt, suavia illa de Lege Dei aeterna somnia, à nonnullis recentiorum adhuc adamata; nec non inficeta & illepida dogmata de moralitate omnem Dei voluntatem antecedente, ac, etiamsi nullus foret Deus, nihilo minus existente; imprimis vero malitiosa; quamvis quaestuosae illorum doctrina, de probabilis Opinionis usu, quam quidem sub Probabilissimi moralis nomine decantatam, sufficienter exploserunt Ludovicus Montaltius, vel potius Blasius Paschalis & Samuel Rachelius. Duraverat autem caliginosum illud tenebrarum Regnum usquedum Imperio Orientali everso Eruditorum illi, qui Barbarorum crudelitatem effugerant, in Occidentis partes se recipere, ac ibi bonarum literarum

*de O.H.C.
in prafat: v.
Budeus in
Histor. Jur.
nat: p. m.
14. sqq.*

rarum studia instaurantes, ignorantiae nubes dispellerent, meliorique & Cultori ævo prospero successu viam panderent.

§. II. Felicitati tamen nostri seculi reservatum fuit, *Juris Nat: Studium*, uti quam plura alia in *Disciplina formam* redigere, & ad majorem, non dicam summam perfectionem deducere. Licet enim jam superiori seculò *Philippus Melanchthon*, in *Epitome Philosophiæ moralis*, solidioris Eruditionis insigne specimen dederit, laudatus inde *Giphanio*, *Comm. in Bæclero*, ac *Valentino Alberti*; Et *Albericus Gentilis*, l. 5. *Et. A. Vir magnus*, & præclara pleraque eruditè molitus, *rist. c. 7.* in duobus, de *Armis Romanis*, & tribus, de *Jure*, *ad Grot. in Belli*, Libris, multa huc pertinentia diligenter col-
 legerit, & velut in communes locos, quanquam *Comp. Jur. Nat. in pra-*
 non adeò accuratè digesserit, ita ut & *Grotius*, * se *fat. P. I. p.*
 ejus diligentia adjutum fuisse ipse fateatur. *Ma-*
 xima tamen gloria confecti Operis *Hugoni Grotio** *de J. B. &*
 debetur, qui omnium ante se Eruditionem & Cu-
 ras superans, non solum, quæ *Gentilis* vel confu-
 derat, vel imperfectè tradiderat, supplevit & ple-
 niori tractatione illustravit, sed & tam egregiè to-
 tum institutum executus est, ut *Doctrina* ejus di-
 vini aliquid sapere meritò videretur, nisi à receptis
Orthodoxæ Ecclesiæ sententiis diversus abiens, he-
 terodoxorum Erroribus se implicuisset, quò fa-
 ctum, ut non solum Pontificii egregium hocce,
 Opus Anno 1627. solenni Decretò prohibuerint, sed
 & e Protestantibus quamplures, interque eos po-
 tissimum *Jo. Ad: Osiander*, & *Abrahamus Calo-*
vius, calamum in Autorem strinxerint. Cum au-

tem Viri Eruditi deprehenderent, præter erronea circâ fidem effata, alia adhuc admista, quæ Grotium quoque hominem fuisse arguerent, quædam insuper planè præterita, aut levi saltem brachio tractata viderent, conati fuère *Commentariis ad Libros de J. B. & P.*, editis, defectibus hisce mederi; Verùm cum post *Bæclerum*, *Zieglerumque*, Viros optimò jure summos, unusquisque ingenio suo modicum fidens, impetu in illum rueret, in tantum *Annotatorum*, *Animadversionum*, *Observationumque* numerus brevi tempore excrevit, ut non solum ad *Editionem*, cum *Notis Variorum*, adornandam suffecerint, sed & Per Illustris *Dn. Kulpisus*, in præfatione accurati Libelli sui, in quò sub tit: *Collegii Grotiani*, universi ejus Operis argumentum, novò quidem, ad captum discipulorum tamen fatis commodò institutò, velut in *Compendium* radegit, horum studiorum Cultores monere necessum duxerit: Tempus tandem esse, quò à *Commentariis* conscribendis desisterent, aliàs enim varendum esse, ne eadem *Grotium*, ac *Jus Romanum & Philosophiam Aristotelis* multa infelicitate sequantur fata, ita, ut tandem, notis notarum, & *Commentariis* in *Commentatores* enatis, non tam de ipsis rebus, quàm super interpretum sententiis, diversisque *Opinationibus* philosophari incipiamus. Dolendum tamen est, saluberrimum hocce prudentissimi viri *Consiliùm*, ab illorum turba, qui literas modicè callent, hæctenus neglectum, & non minus ab eò tempore pulcherrimum *Grotii Opus*, *Annotationum & Commentationum* numero defati-

fatigatum, ac spissiorum voluminum onere ferè obrutum fuisse. Majorem vero Laudem rectius merentur, qui meliori viâ ingressi, totum *Jurisprudentia perpetua & Naturalis Corpus*, quod *Bæclerus* olim in præfatione ad Lectorem, Commentario suo in *Grotium* præfixa, optaverat, conficere intenderunt, quos inter uti facilè Illustriss. Dn. à *Pusendorf*, primus *Juris Naturæ & Gentium* in Germaniâ Professor, eminent; ita adhuc dolendum restat, singulos ferè *aliud* Disciplinæ huic *fundamentum* substravisse, & é longè diversis Principiis eadem Præcepta, non sine insigni confusione, ac jurgiis in *Republ. Litterariâ* desuper ortis, deducere laborasse.

§. III. Videre inde est, unumquemque *Juri Naturæ* *aliam* definitionem accommodasse, suæque hypothesei convenientem ejus descriptionem effinxisse. Ut enim taceam *definitionem* ab *Ulpiano* Jcto propositam & ab *Imperatore* repetitam, utpote quæ *Jus Natura omnibus animantibus commune* facit, præter alios *Jurisprudentiæ Naturalis Doctores*, à *Grotio* quoque meritò rejectam fuisse. Attamen illa quam *Grotius* † adornavit, non unò ab omnibus locò habetur. *Obscuram* illam dicunt *Ostander*; & *Feldenus*, cui nodum in scirpo quærere volupe, se non percipere ait: quid *Dictatum Rationis*; quid *Natura rationalis*, quid denique *Convenientia* aut *Disconvenientia* cum eadem esse debeat. Cum tamen *facili labore* intelligere potuisset: *Dictatum* nihil aliud esse, quam *Præscriptum Superioris*; & *Rationis* dici, non, ut *Ratio* dicitur, tanquam causa

prin-

principalis, sed tantum, ut sit *medium, per quod præscriptum illud homini dicatur. Naturam autem rationalem esse eam, quam homo sibi propriam habet, & quâ brutis contradistinguitur, quatenus intellectu prælucente vult aut non vult id, quod cum Lege convenit, aut ab illa discrepat. Contra alias*

ad Gr. d. 5. 10. p. m. 153. Colleg. Grot. ad l. 1. c. 1. th. 4. Comp. Jur. Nat. P. II. proleg. 5. 14.

Objectiones, Grotii definitionē defendit Bœclerus, istamque locum suum facile tueri posse existimat Dn. Kulpisius; imò eandem paucis verbis, quo explosæ jam suæ hypothese de statu Integritatis aptiorem efficeret, inserit, retinet Dn. Alberti. Alii tamen Grotium insecuti relicta Ejus definitione, aliam substituere maluerunt, quod inter alios etiam fecit frater ejus Guilielmus, in Librô de Principiis Juris Naturæ; de quô notandum, illum minimè in vicem manuductionis ad ampliores Hugonis Commentarios compositum esse, quod falso autumat Job. Eisenhard; Neque enim per omnia eadem, sed quædam tantum Juris Naturæ principia proponit, nec ad Jus Gentium, aut Jus Belli Pacisque, circa quod tamen Frater maximè occupatur, descendit; Cumque Decalogi Methodum sequatur, pro optimâ quidem à Melancthone, Bœclero, Racheio, habitam, ac è moralistis jam à Thoma Sanchez & Thoma Tamburino observatam; illum nec eodem ordine rem totam pertractasse patescit. Definitionem autem à Guilielmô Gratio † adornatam, nonnulli rursus ob fundamentum seu Regulam illam, secundum quam honestum à turpi discernendum, quâque potissimum tota Legis Naturalis machina niti debet, omis-

Inf. Jur. Nat. c. 2. § 8.

in Philof. moral. ad Grot. prof. p. 4. de J. N. Dissert. 1. § 113. † de Princip. Jur. Nat. c. 1. § 10.

sam, minus accuratam esse arguunt. Illam itidem, quam

quam *Samuel Rachel* dedit, quæque *Jus Naturæ* à d. l. th. 34. Providentiâ divinâ juxta *Ideam Legis æternæ*, quam *alibi* explicat, profectum dicit, *repudiandam esse*. cen. th. 30. seqq. sent illi, qui svavia de Lege Dei æternâ somnia, à Scholasticis, & qui illos incautius sequuntur, tantis in deliciis habita, cum *Contradictionem* involvant, *Deum* v. *Ruf. de f. que* aut se ipso *superiorem* faciant, aut aliud principium *N. & G. l. 2. coæternum extrinsecum*, quod DEUS in assignandis re- *S. 6. pr.* rum formis sequi necesse habuerit, illi adjungant, cum *Excell. Dn. Christiano Thomasio* pron udò *Schola- Jprud. div.* sticorum *fundamentò* habent. Neque *Eruditorum af- L. 1. c. 1. § 31.* sensum meruit *Joh. Eisenhard, Aristotelis definitionem* & in *not.* in *Ethicorum* libris propositam, omnium *optimam* lit. h. judicans; quod equidem fieri à *Viro*, cui *Summi Inst. Jur.* Aristotelis vestigia presò pede legere adeò solen- *Nat. c. 3. § 5.* ne est, ut & *Præcepta Juris Naturæ* ad ductum *Virtu- L. 5. c. 7. n. 2.* tum *Aristotelicarum* tradere, gloriosum duxerit, me- mini mirum videri debet. Definit autem Aristoteles *Jus Naturæ*, quod sit *Jus*, quod *ubique eandem habeat vim obligandi*, non ex eò quod *ita visum fuerit*, vel non fuerit. Neque sufficienter, neque perspicue, multò minus optime. Nihil enim aliud dicit, quam, *Jus Naturæ* producere *Obligationē generalem necessariam ac uniformem* à *Voluntate* hominum non dependentem; Neutiquam autem explicat, unde illa *Vis obligandi* Naturæ Legi veniat, *quasnam* hominum *Actiones* & secundum quam *Regulam* seu *Fundamentum* illas dirigat, & *quò modo* tandem generi humano *Leges illæ promulgatæ* fuerint. Nimis tædiosum foret reli- quas omnium *Doctõrum* definitiones in unum con- gerere; magis adhuc singulas illas sub *Examen* re-

de J. N. & vocare. Illæ, quas Ill. Pufendorfius, Dn. Thomafius, G. I. 6. §. 18. M. Daniel Ringmacher, & Dn. Jo. Francisc. Buddeustradi- & de O. H. dere; fuo quævis locò videri poterunt, plures enim & C. l. 1. c. 2. adducere nil attinet.

S. 16.
d. l. 1. c. 2.
§. 97.
de Relig.
Nat. Diff. 1.
S. 33.
Elem. Phi-
lof. Pract.
P. 2, c. 5. §. 1.

§. IV. Cum autem in Republicâ literariâ uni-
cuique liberum esse debeat, ad promovendam uti-
litate[m] publicam suum quoque symbolum confer-
re; hinc & nos, hac libertate freti talem laboravi-
mus adornare *definitionem*, quæ primò statim intuitu

I. Legislatorem. II. Subjectum cui
Lex data. III. Modum promulgandi.
IV. Obligandique. V. Fundamen-
tum. ac demum VI. Objectum. Cuique
ante oculos poneret:

L. Legislator §. V. Uti autem omnem *Legis Autorem* cum
d. l. 1. c. 1. Dn. Thomasio imperantem potius quàm cum Dn. Pufen-
S. 30. dorffio Superiorem facimus, ita & dicendò, Jus Natu-
de J. N. & ræ esse Decretum Voluntatis divinæ, DEUM istam
G. I. 6. §. 9. Legem ut Imperantem tulisse, aperte satis innuimus.
& 12. de O. Ubi omnino *presupponenda* veniunt, primo quidem
H. & C. l. 2. §. 5. **Dei Existentia**, h. e. reverà dari summum

aliquod & primum Ens, Abs quò hoc universum de-
pendeat, à Sapientibus, tam ex *subordinatione cau-
v. Puf. de O. sarum*, quæ demùm in primò aliquò fitti volunt,
H. & C. l. 1. quàm ex *Creatione & Conservatione* hujus universi, o-
c. 4. §. 2. mniumque *Gentium consensu*, contrà Atheos liquidis-
Thomaf. d. simè demonstrata. Deinde, **Imperium Dei in**
l. 1. c. 3. §. 47. *homines*, ejusque actuale Exercitium, quod ex *Crea-
tio-*

tionem & admirabili constantique Ordine, qui in Universò hòc cernitur, sufficienter demonstrat Dn. Pufendorffius. Improvidè itaque Thomæ Aquinatis sententiam mutuatur Grotius, asserens: Leges naturales locum Proleg. §. 11. habituras, etiamsi daretur non esse Deum, aut, quod quidè quoad effectum moralem perinde, non curari ab eo negotia humana; refutatus inde Val. Alberti, B. Comp. p. 1. c. Zieglero ac Dn. Pufendorffio; qui ultimus rectè putat: 3. §. 19: Dictata ista rationis, stante profanà illà Grotii sententià, posse quidem observari intuitu Utilitatis, sicuti quæ à Medicis regendæ Valetudini præscribuntur, neutiquam tamen in vim Legis valitura, cum hæc Imperantem perpetuò præsupponat. Lapsus autem Grotii exemplo esse potest, datò uno absurdo, plura sequi; falsà enim hypothesis, quam è scholasticis quoque hausit & alio in loco proposuit, dari scilicet actus per se & intrinsecus moraliter bonos aut malos antecedenter ad omnem Voluntatem Dei, hunc quoque Errorem illi peperit.

§. VI. *Data autem fuit Lex Naturæ Homini- utpote quos Ratio aptos facit, actiones suas ad Legis præscriptum dirigendi, quique omnes summi Imperio subjiciuntur. Rectè enim Dn. Pufendorffius ideò hominem ad recipiendam obligationem aptum pronuntiat, quod & Voluntatem habeat, & à Potestate Superioris non sit immunis; quamvis, cum non tantum velle, sed & intelligere debeat, quid sit secundùm Leges agere, Voluntatis loco Ratio, utpote quæ & Intellectum & Voluntatem sub se comprehendit, uti Ipse alibi docuit, melius forsàn substituitur. Neque quis objiciat, hoc modo Bruta, quæ similiter*

Potestate superioris immunita non sunt, ad recipiendam obligationem capacia reddi; *Neutiquam enim ab invicem separanda sunt, quæ conjunctim ad aptitudinem requiruntur, quiaquam Brutorum Actus, quantentis simulachra humanarum actionum in illis deprehenduntur, quodammodo à Jure Naturæ regi, libenter largiamur; Cavendum tamen est, ne actus illi naturales & necessarii, ac cum Lege materialiter tantum convenientes, cum actionibus hominum voluntariis, Rationis regimini subiectis, & hoc modo formaliter quoque præscripto Legis congruentibus, confundantur.*

III. *Modus promulgandi.*

§. VII. Promulgatur autem Lex Naturæ hominibus, *per Rationem*, non, quasi animis hominum in ipsa nativitate congenita sint Juris naturalis saltem generalia præcepta, ad modum distinctarum & actualium propositionum, quæ statim atque usus sermonis accesserit, citrà ulteriorem informationem aut meditationem ab homine possint exprimi, uti cum *Scholasticis* nonnulli putant refutati post *Cumber-*

de J. N. & Landum à Dn. Pufendorffo & Thomasio, sed quod Ratio G. II. §. 3. *hominis ex Contemplatione Conditionis humane, Voluntatem divinam & Existentiam Legis Nat. colligere, si-* C. I. §. 3. *bique ad normam illius Legis necessario vivendum esse, liquidò perspicere, simulque investigare queat.*

§. 13. *pr. dno. L. c. 2. §. 67. seq.*

Principium, ex quo Ejusdem Præcepta solide & planè demonstrari possint. Ratio enim illa recta est, quæ ex veris & genuinis principiis Legem Naturæ deducit. Licet autem non cuique datum sit, Jus Naturæ artificiosè ex suo principio eruere; sufficit tamen, generalia ejus præcepta ita plana esse, ut assensum statim.

v. *Puf. d. §. 13.*

eli-

elicere, illorumque veritatem ab aliis demonstra-
tam etiam mediocria ingenia capere, & collatâ na-
turæ suæ Conditione liquido percipere valeant. Ad-
juvatur tamen interdum Ratio per Relationem; Un-
de verbum quoque revelatum DEI adhiberi rectè
potest, non quidem ad Juris Nat. Veritatem demon-
strandam, de hac enim ex solâ ratione constare debet,
sed ad eam illustrandam, & conditionem humanæ
Naturæ, cui istud nexu planè indissolubili inhæret,
eo liquidius cognoscendam. Nam & Lex Nat. ho-
mines circa investigandam Voluntatem Dei, per re-
velationem patefactam, sollicitos esse jubet.

§. VIII. Cum autem omnes omninò homines *IV. Modus*
Imperio divino subsint, *Obligatio* quoque Legis natu- *Obligandi.*
ralis *universalis* erit, omnes homines obstringens,
nulli brevis quæquam hâc necessitate exemptum le-
gimus. *Exactissima* insuper hâc est *Obligatio, Rectitu-*
dinem, non solum *externam*, sed & *internam* requi-
rens; illâ enim solâ Deum, justissimum ac omnisci-
um, quem nihil latere potest, contentum esse, asse-
rere velle, impium foret, cum hoc illi imperfectio-
nem ac injustitiam imputare videatur. *Quamvis* au-
tem *rectitudo illa externa*, quando sc. actiones Legi
convenientes suscipiuntur, non convenientes verò
omittuntur, in respectu *ad Societatem humanam &*
Civilem sufficere videatur; in respectu *ad Deum* ta-
men, *interna* quoque necessaria erit, cum ad actio-
nem moraliter bonam non solum requiratur, ut *o-v. Puf. 7. N.*
omnia requisita materialia & externa ad Legem con- *G. I., 7.*
gruant, sed imprimis ut actio ex intentione obedi- *§. 2. G. 3.*
tiam Legi præstandi, proficiatur. Non termina-

tur autem *effectus* hujus Obligationis cum hac vita. Summus enim Legislator Legem quoque Naturæ sanctione munivit, Vindictamque suam refragantibus minatus est, quam tamen, cum sæpius in Legum Contemptores hac in vita non exerceri videamus, illis etiam *post hanc vitam*, pœnas suas mansuras, recta Ratio colligere potis est.

VI. *Obje-
ctum.*

§. IX. Occupatur Jus Naturæ circa *actiones hominis*, quæ cum *fundamento* ejus, mox explicando, Fine scilicet à Deo in Creatione hominis, vel ratione sui ipsius, vel ratione hominis ipsius, vel demum ratione reliquorum hominum, unde Cultus divini, Philantia, & Societatis Conservatio resultant, intento, necessariò *conveniunt*, vel eidem *repugnant*. Cum enim omnes actiones regulariter propter certum finem suscipiantur, Ratio facili negotio colligit, DEUM homines producentem non frustra agere, illosque omni deinde Creatoris sensu abjecto, sui planè juris esse, sed voluisse sua quoque ex voluntate *certum sibi finem* proponere, quem mortalium gens religiosè *observare*, & ad cujus ductum actiones suas componere necesse habeat. Has autem actiones cum vel Regulæ præfinitæ ad amissum convenire, vel ab illa recedere, naturale sit, Ratio porrò nullo labore concludit, Deum Actiones fini suo repugnantibus *aspernari*, convenientibus *approbare*, adeoque homines ad illas *omittendas*, has verò *suscipiendas* per Jussum divinum, qui nihil aliud est, quam ipsa Lex Naturæ, obligatos esse. Actiones verò illæ cum ejusmodi respectu morali, h. e. prohibitionem vel præceptionem consideratæ *Officia* dici solent. Transferri
ita

itaque & huc quodammodò poterit phrasis à Grotio usurpata; Scilicet à priori aliquid Juris Naturæ esse ita probari, si ejus Convenientia vel Disconvenientia necessaria cum Naturâ Rationali & Sociali demonstraretur. *Natura enim hominis rationalis*, non solùm, quæ ante pedes posita sunt, considerat, sed potissimum Oculos ad superiora extollit, ibique Summum Numen, *Creatorem suum benignissimum*, devotâ mente *intuetur*. Fluit enim ex ipsâ humanitate, ut cum *Dn. Pufendorfo* loquamur, quæ homini *I. 1. §. 7.* Status naturalis est, quod homo debeat esse *Creatura autorem sui agnoscens colensque*, & ipsius opera admirans, quodque diversâ planè à brutis ratione Vita eidem sit exigenda. *Socialis* itaque *natura tam seipsam quam proximum* contemplatur, illaque *Officia*, quæ cum utriusque Conservatione aut destructione necessariam habent connexionem, *suscipit aut vitat*; *Illa* verò sunt, quæ Statum naturalem homini maximè ordinarium, Pacem scilicet & tranquillitatem conservant ac promovent. *Hæc* verò, quæ illam turbant aut abrumpunt, Bellumque, Statum naturalem quidem sed subsidiarium, per quem Pacis amissæ reductio intenditur, vel immediate producunt, vel eidem movendo, remote licet, occasionem præbent.

§. X. Sequitur ex hætenus deductis, *Originem Moralitatis*. omnis *Moralitatis* à Convenientiâ vel Disconvenientia cum fine à DEO in Creatione hominum intentò, adeoque *Lege Natura* demum derivandam, *neque* aliam, vel *Voluntatem DEI antecedentem*, vel illi *coævam*, effingendam esse. *Prius* quidem faciunt *Scholasti-*

I. 1. §. 10. n. 3. lascivi, & qui illos hinc secutus est, Grotius, sibi ipsi non
d. c. 1. §. 12. constans, cum paulò post moralitatem à convenientiâ
 & disconveniâ cum Naturâ Rationali & Sociali de-
 ducat. *Sententia* autem hæc, quæ *Actus* per se & in-
 trinsecus moraliter bonos aut malos *antecedenter* ad
 omnem Voluntatem DEI fingit, *absurda* nimis est.
 Cum enim in omni demonstratione ad *ultimum* tan-
 dem aliquod *principium* ascendendum sit, in *Morali-*
tate autem definiendâ, nullum aliud occurrere que-
 at, quam Regula aliqua seu *Lex*, quæ Moralitatem
 in ordine contineat, quidque honestum aut turpe,

Jpr. div. l. 1. c. 2. §. 84. sententia hæc Contradictio: Actus scilicet quosdam
seq. *ante Legem jam à Lege prohibitos* inveniri. *Fallunt* de-
 inde Scholastici, qui *Essentiam* Rerum *sine* omni ea-
 rum *Existentiâ* se concipere posse, gloriantur. Cui
 enim unquam licuit esse tam perspicaci, ut *Affectio-*
nes Actionum humanarum, quales sunt honestas &
 turpitude, concipere potuerit, nisi prius *Existentiam*
 Actionum, Hominumque præsupposuerit. Non *En-*
tis enim nullæ sunt *Affectiones*. Unde si quis adulter-
 rium vel furtum nominat, necessariò *Matrimonia,*
 & *Dominia* rerum, in agente autem proceresin pec-
 candi in *Legem* adesse, concedere debet. Pari mo-
 do assertum *Zentgrafii: Malum* scilicet esse, *DEUM*

de J.N. art. VIII. §. 1. Convitiis protcindere, si, ne *DEUM* quidem dari,
p. 241. quam maximè fingatur; ut eodem ex fundamentò
Spec. Contr. c. 1. §. 11. profluens, jure optimo maximo à Dn. Pufendorfio de-
Elem. l. 1. d. 2. & plenius ridetur, qui rectius: Omnes Actiones tam materialiter
Op. maj. I. Legem esse indifferentes, docuit; eaque, quæ deinceps

2. §. 6. & II.
3. §. 4.

Sen-

Sententiæ suæ opponerentur; sufficienter ac prolixè diluit; Eandem autem Opinione[m] nuper quæ *Dr. Thomasius* suam fecit. * *Coevam* aliquam Moralitatem comminiscitur. *Eisenbart* †; talem scilicet, quæ quidem ad Jus Naturæ, & hoc rursus ad Voluntatem divinam se habeat *concomitans*; ac Voluntatem DEI ab æterno comiteretur, quamvis ab eâ simul *dependeat*; hanc enim dependentiam illorum æternitati minimè repugnare, intrepidè asserit. Sed, quotusquisque *Contradictiones*, se invicem destruentes, hîc non deprehendit! Nam si Moralitas à Jure Naturæ seu Norma, hoc verò à Voluntate divinâ demum *dependeat*, quid impedit, quo minus *Normam* seu Regulam, secundum quam aliquid fieri debet, *Normarò* h. e. actione ad ductum illius regulæ susceptâ semper & necessariò *priorem* esse debere, cum Sanioribus dicamus. Quæ autem de *Pede in pulvere ab aternò* stante, ejusque *Vestigio* itidem *aternò*, ab impressione pedis utut *dependente*, ab *Eodem* *subtiliter* magis quam *utiliter* asseruntur; *obscurando* & *implicando* potius, quam *illustrando* & *explicando* huic negotio inservire, rectius forsitan arbitramur.

§. XI. Explicanda adhuc restant, quæ de **STATUS** **STATU**, seu **Dispositione**, secundum quam homines **HOMINIS** **Actions** suas suscipere vel omittere debent, in definitione adjecta fuere. Est autem *Status* nihil aliud, quam *Ens suppositivum* Morale, quod rebus moralibus quasi subternitur, easque sustinet. Quod enim in Naturalibus *statum*, id in Moralibus, ferè *Status* dici potest. Dividitur in *Naturalem* & *adventitium*. *Naturalis* est, qui ex impositione Numinis,

C

non

non ex hominum Arbitrio, hominem à Nativitate statim suâ comitatur, & dici potest *Humanitas*, quæ est illa Conditio, in qua quilibet homo eò ipsò, quò homo est, constituitur; involvens *Obligationem* servandi *Leges Naturæ*, tum adversus *DEUM*, tum adversus *se ipsum*, tum etiam adversus *alios* homines; & *Jus* percipiendi *Officia* à quolibet homine Jure Naturæ debita; quo ipsò homo, ut eximium animal, ratione & sermone ab aliis discretum, à Brutis, quæ nullo invicem Juris Vinculo tenentur, distinguitur. *Adventitius Status* nascentibus aut jam natis factò aliquo supervenit, & *indeterminate* consideratus est, vel *publicus*, Ecclesiasticus scilicet & Politicus, vel *privatus*, Oeconomicus; *determinate* verò consideratus, est vel *honoratus*, *Officia*, vel *minus honoratus*, servitia; de quibus omnibus *Dn. Pufendorfus* pluribus videri meretur. Ideò autem Homo Statui seu Dispositioni suæ con- nienter agere debet, quia *DEUS* eum illi *imposuit*, *Naturalem* quidem *immediate*, *Adventitium* verò *mediate* accedente scilicet factò aliquo. *Adventitius* enim Status existentiam Rerumpublicarum & Societatum Civilium ferè præsupponit. Hoc autem homo à *Deo* *immediate* habet, ut sit *homo rationalis; destinatus* à Creatore ad ejus Cultum, Amorem proprium, & Socialitatem; *Mas* aut *famina*; & tandem cæteris hominibus *equalis*. Respectu *quatuor* priorum considerationum, Status naturalis *immutabilis* manet, & adventitio solum *ut diverso*, nō ut *contrario* opponitur: Ratione autem *ultima*, homines in *Statu equalitatis* esse dicuntur, qui efficit, ut nemini præter *DEUM* sint *subjecti* atque *obnoxii*, ac ita *Libertate naturali* maxime

Elem. Jurispr. Un. L. 1. def. 3. & de J. N. & G. l. 1. §. 6. seqq. de Off. H. & C. l. 2. c. 1.

mè gaudeant; quâ cum quilibet se abdicarè, & ita *æqualitatem* per naturâ inter omnes homines constitutam vel *in totum*, vel *pro parte tollere* valeat, évidens est, Statum huncce *Æqualitatis* maximè *mutabilem*, & hoc tandem in significato Statum Naturalem Adventitio ut *Contrario* opponendum esse. Poterit autem ille *catenus* per facta spontanea hominum mutari, quatenus *fini* à DEO in creatione hominum intento mutatio hæc *non repugnat*; cum respectu enim morali omnia considerari debent. *Licebit* itaque Vota fundere, se suaque DEO dicare, ad Dignitates aspirare, Voluntatem suam alterius arbitrio vel in totum, vel pro parte subicere, pacto se ad aliquid præstandum aut solvendum obligare &c. *Minime* verò ea promittere, quæ aut honori divino, vel propriæ aut aliorum saluti damnosa inveniuntur. Judicandum inde est de Moralite illorum quæ circa mutationem Religionis promittuntur, de *Pactis* itidem *dotalibus* inter diversas Religionum personas initis, vi quorum Masculi Patris, foeminæ Matris Religionem amplecti tenentur; quæ tamen in Imperio Germanico, inter Illustres maximè personas, non solum vigere, sed & publicis sanctionibus præterea munita videmus. Porro huc pertinent promissa, ne quæ nubat, aut ne quis Uxorem ducat; Conventiones etiam furum, latronum, ac ejusmodi fursuris hominum, super delictis perpetrandis initæ, &c. hæc enim omnia, ut & pacta contra Legislatoris humani prohibitionem, inita, ipso Jure nulla dicuntur; sunt enim contra bonos mores, *v. l. 15. 11.* quæ nemo velle præsumitur, neque velle potest, *de Condit. Instit.* cum Legislator prohibitionem suam potestatem con-

v. l. 7. l. 35. sentiendi omnibus jam detraxerit. Unde in *Supr. & §. 1. l. re* quoq; *Civili Conditiones turpes* pro impossibili-
 137. §. 6. π. bus, Jure sc. habentur, & adjectæ *Conventiones* quidem
de V. O. l. 11 statim *vitiant*, in *ultimis Voluntatibus* verò pro non ad-
 §. 11. de O. *jectis* habentur. *Constituitur* autem & *tollitur* Status
 & A. §. 10. *Adventitius* vel *Lege Positivâ*, tam *divinâ*, quàm *humana-*
 7. de inutil. *nâ*, vel *Verâ* ac *Liberâ hominum Voluntate*. De *Deo*, quin
Stipul. hominum Statum mutare queat, nullum, nisi apud
 * §. 10. 7. de *impios*, superesse potest dubium. *Imperans* autem in
ber. instit. Civitate, quin ex *Consensu* eorum, qui *Voluntatem*
 17. d. & 14. suam illius *Imperio* subjecerunt, eâdem potestate gau-
 . π. de Con- *deat*, nemo inficias ibit. Præter dispositionem *Leg-*
dic. Instit. *um positivârum*, si homines in alium Statum con-
 jiciendi, eorum *Vera & libera Voluntas* requiritur;
 quod non solum quoad *subditos* ac *privatos*, sed etiam
 v. *Grot. II.* quoad ipsos *Imperantes*, eorumque *Actus* tam *Regi-*
 14. §. 1. *os*, quàm *privatos* procedere rectè dici potest. *Vera*
 autem *Voluntas* non præsumitur adesse in *pactis*
 contra dispositionem *Legum* initis, aut iis quæ per
Error suscipiuntur. Ob defectum verò *liberæ*
Voluntatis, *Actus* quos vi adactus peregit, *irriti* sum-
 mo jure declarantur. Patet itaque ex hactenus al-
 latis, quæ quidem ulteriorem plenioremque discus-
 sionem mererentur, cur unus interdum ad aliquid
 faciendum aut omittendum obligetur, alter non
 item; aut modo teneatur, modo non, hæc enim om-
 nia pro *Varietate Status Adventij* evenire

solent.

Po-

POSITIO II.

Fundamentum Juris Naturæ Verum, Adæquatum, & Evidens est: FINIS à DEO in Creatione hominum intentus, tam in Ordine ad DEUM, quàm in ordine ad HOMINEM, illumque vel IPSUM, vel alterum PROXIMUM. Resultant inde Cultus divinus, Philantia, & Socialitas, quæ generali hõc Præcepto: Exerce Cultum divinum, Philantiam & Socialitatem includuntur.

- I. Fundamentum Juris Nat: varium. II. Quodnam Verum, Adæquatum, Evidens. III. Obligatur homo ad Cultum divinum. IV. Conservationem sui ipsius. V. Proximi. VI. Totius generis humani. VII. Testimonium Salvatoris nostri. VIII. Collisio Præceptorum.*

§. I.

Juris Naturæ Fundamentum investigaturus ante omnia niti debet, quo secundum *requisita* ab Ill. Dn. *Colleg. Gros. Ex. 1. Kulpisio* tradita, & à Dn. *Pufendorfo* uberius explicata, *ch. 4. Spec. ejusmodi propositionem fundamentalem* torquet, quæ & *Coner. c. 4.*

C 3

omnia §. 1. § 24.

omnia Juris Naturæ *Præcepta* compendiò in se comple-
 ctatur, & ex quâ ista facili ac perspicuâ subsumptione
 deduci, in eamque *resolvi* possint, cujus prætereà *Veritas*
 ex solo Rationis Lumine innotescat, ac à quolibet,
 quamcunque tandem circa Religionem habeat per-
 svationem, admittatur. Quod si ad hanc normam
 multifariæ Juris Naturæ Doctorum Sententiæ, qui
 circa ejusmodi fundamentalem propositionem in-
 veniendam, diffidentes, tantâ animorum conten-
 tione, per complurium annorum spatium, se invi-
 cem oppugnarunt, ut pertinacius ac vehementius
 certamen Respublica literaria forsan nunquam antea
 viderit, examinentur, facili negotiò patebit; quæ-
 nam ex illis, locum suum tueri queant, quæve illo
 cedere teneantur. Nostrum non est in singularum
 Veritatem inquirere, imò ne quidem omnes ordine

de J. N. & recensere, cum id partim Dn. Pufendorfius, plenius au-
 G. II, c. 3. & tem Dn. Kulpisius præstiterint, qui videri, ac Senteri-
 Spec. Contr. tiis ibi relatis addi possunt illæ, quæ fundamentum
 c. 4. vel ex orthodoxâ doctrinâ de *Statu Integritatis* in quo
 d. Ex. 1. tb. homo imaginem Dei, inter cujus reliquias Jus Natu-
 5. & 6. ræ quoque numerandum, habuit, repetunt, uti fe-
 Comp. J. N. cit Val. Alberti, & qui eum pro parte sequitur Sa-
 p. 1. c. 1. §. 14. muel Scrimisius; Vel ex *Justitia & Sanctitate Dei* æter-
 † Praxiol. c. 2. na quod statuit Dn. Christianus Röhrensee/* ubi & eos,
 Suppl. §. 4. qui aut appetitum & notitias naturales, aut Statum
 * Dissert. de naturalem, aut Societatem, aut Legem Dei æter-
 Fundam. J. nam, Ejusque Voluntatem pro fundamento ponunt,
 N. §. 7. hab. refutare conatur; Vel demum ex *Conservatione com-
 Wüsteb. munitatis seu universalis Societatis*, quæ naturalis sit unio to-
 1687. tius corporis *Reipublica magna*, cujus supremum Ca-

Put

put Deus, membra verò omnes Homines, unde quoque *Dissert. de generale Præceptum fluat: Fac ea quæ faciunt ad Con- Off. Hom. servationem Societatis universalis; quod nuper docuit ergà Deum M. Daniel Ringmacher. Omnibus tamen hætenus s. de Relig. palmam præripuisse videtur sententia quæ Custodiam nat. §. 18. Societatis, humano Intellectui convenientem, Juri segg. bab. Naturæ tanquam fundamentum substernit, Aristote- Lipsia 1687. li, Ciceroni, ac Augustino olim laudata, & hõc demum † I. 1. §. 3. seculò à Grotio † repetita, à Dn. Pufendorffio abundè de Elem. l. 2. sb. monstrata, & ab objectionibus dissentientium, judice 4. §. 1. de J. N. & G. II. Excell. Kulpisio*, qui & principum hocce deducendi 3. 15. segg. Juris Nat. pro genuino non solum & manifesto, sed * d. Ex. I. sufficienti etiam & adæquato habendum esse, affere- sb. 7. re non dubitavit, egregiè vindicata. Cujus quidem Puf. In Pra- opinionis dignitati, cum aliquid detrahere nobis mi- fat. d. J. N. nimè propositum sit, eò magis licebit, more eorum, & G. Apo- qui liberè, modestè tamen philosophantur, nostras log. §. 23. quoque, quas circa hanc materiam fovemus, cogi- Spec. Contr. tationes in publicum jam expromere. c. 4.*

§. II. Sit ergò Fundamentum Juris Naturæ: *Fundamen- Finis à Deo in creatione hominum, tam in or- tum Jur. diae ad Deum, quàm in ordine ad hominem, illumque Nat. vel ipsum vel proximum, intentus; de cujus Veritate quam & ipse Pufendorffius agnoscerè videtur, nulla fa- d. O. H. & cile dubitatio oriri potest, nisi Deum sapientiæ suæ C. l. 1. c. 3. minus convenienter egisse quis statuere velit, quod §. 13. profanum. Sapienter enim agere, est, media dirige- read finem; jam si in agendo nullus propositus sit fi- de Princip. nis, sapientiæ quoque locus reliquus non erit, sed cu- Jusf. & Der. jusque libido in agendo tunc erit auspiciam, uti rectè Oper. P. II. differit Lambertus Veltbuyffius. Adæquatum autem & 15 p. m. 962.*

sufficiens hoc quoque est principium, cum omnia sanè Juris Naturæ Præcepta inde deduci queant. *Omnia* enim hominum *officia*, h. e. Actiones cum respectu morali, prohibitione scilicet vel præceptione considerata, vel respiciunt Deum, vel hominem ipsum, vel denique proximum, neque ullum Juris Naturæ Præceptum excogitari poterit, cujus ratio non commodè ex hoc fundamento desumi queat. *Evidens* tandem idem erit, cum nemo, quamcunque demum circa Religionem persuasionem habeat, nisi plane Atheus, Existentiam Dei ejusque absolutissimam perfectionem in dubium vocare velit, facile negaverit, *Deum* in Creatione generis humani *certum finem* intendisse. Eadem forsitan quæ nobis olim quoque mens fuit *Lamberto Velthebussio*, qui in Dissert. Epistol. de *Principiis Justitiae & Decoris*, Præcepta Juris Naturæ ex *sine mundi conditi* deducere instituerat; Is enim, cum præsupposuisset, *Deum esse*, illum *Mundum* in *Sapientia creasse*, ac in ejus regimine *Virtutes Justitiæ & veritatis exercere velle*, concludit tandem.

I. Deum in creando mundo sibi finem proposuisse.
 II. Media eo ducentia in se habere debere aptitudinem ad finis Conservationem; Et III. Hominem non impunè laturum, si deviet ab ordine in consecutione finis observandò. *Verum*, cum Locutiones ambiguae aut minus accuratas passim adhibuerit, neque finem illum, quem tantopere deprædicat, satis dilucide designaverit, meritò à *Pufendorfo* censoriâ virgulâ notatur.

II. 3. §. 12.

Cultus divini.

§. III. Quò autem ad Institutum nostrum revertamur, Ratio certe liquidò colligere valet, Deum non

non ad instar fabri lignarii concipiendum esse, qui Navigium exstructum undis committit, de eisdem fati parum sollicitus. Neque enim *Deus* creato homine, omnem ejus ulteriorem curam seponere, sed condendò Legem Naturæ planum facere voluit, *Puf. de Off. l. 1. c. 4. §. 4.* se in genus humanum *actu regimen* exercere velle. Unde sequitur, *hominibus* quoque integrum non esse, pecorum more, quæ natura prona, & ventri obedientia finxit, omnem Creatoris sensum abjicere, sed ea potius facere, quæ & Creatoris dignitati, & Creaturæ conditioni convenient, h. e. ut *Amorem, Honorem, Timorem*, seu unò verbò *Cultum* Deo exhibeant. Dum enim Ratio deprehendit, *Deum* non solum homines creasse, sed & illorum genus adhuc *conservare*; Necessariò quoque tam *Regimen à parte Dei*, quò negatò ipsa quoque *Conservatio* neganda venit; quam *necessitatem obediendi* & pro tot tantisque beneficiis *Deo gratias agendi, à parte hominum* agnoscit; *Deus* autem *Gratitudinis* postulat, ut *nos amantes amemus*; illos, *add. Puf. de quibus* *Conservationem* nostram debemus, *honorem J. N. & G. III, 3. §. 16.* & obedientiam *exhibeamus*; ac, ne illorum indignationem, actionibus eorum *Voluntati* contrariis provocemus, *timeamus. Summa* itaque omnium *Preceptorum, & de O. H. & C. I, 8.* *Officia* hominum erga deum dirigentia, hæc est: *§. 6.*

Cole Deum. Convenit enim cum fine à deo in *Creatione* intento, quod principium primò primum nulla ulteriori demonstratione opus habet. *Cultus* autem divinus, cum complexum omnium actionum *Amorem, Honorem, & Timorem* dei involyentium, denotet, *Religio*, quæ vel *revelata*, à *Theologis* tractanda, vel *naturalis*, quam ratio sibi

D

re-

relicta investigare apta est, dicitur, & comprehendit tam actus Intellectus, seu Notitiam Dei, quam Actus Voluntatis hosque vel internos, vel externos; secundum quorum varietatem speciales quoque Conclusiones ex generali Præcepto formari debent.

§. IV. Deus porrò ut finem mortales conservantem summoperè intendit *Conservationem Generis sui ipsius humani*. Absurdum enim foret, dicere, deum quidem homines creasse, neque tamen intendisse, ut eorum genus, donec ipse vellet, duraret atque subsisteret, cum tamen bruta animantia, solo naturæ instinctu ducta, Conservationi suæ studiosissima quotidie deprehendamus. Obligatur autem homo tam ad Conservationem *sui ipsius*, quam ad conservationem *aliorum*, consequenter *Totius Generis humani*. Seipsum conservare, neque in propriam perniciem ruere, aut vitam suâ sponte deponere debet homo, nisi graviter in Jus naturæ, ejusque Autorem peccare velit. Retinendus enim est animus in Custodiâ corporis, neque injussu ejus, à quo ille nobis datus est, ex hac vita demigrandum, neque è statione discedendum, donec DEUS ipse nos dimiserit. *Medium* autem ad Conservationem propriam, tanquam finem necessarium, est Amor proprius, seu *Philautia* quam & B. Pufendorfus atque Dn. Thomas agnoscunt, licet hypotheli suæ inservientes illam socialitati subordinent. Quò verò homo fini huic convenienter operari possit, deus naturam ejus ita disposuit, ut non solum *aptus*, sed & *proclivis* inveniat ad actuale eorum exercitium suscipiendum, quæ *Philautiam* involvunt, & ad conservationem pro-

propriam faciunt. Generale itaque Præceptum erit:

Exerce Philantiam. ex quo omnia deinde

officia, quæ homo sibi ipsi debet, & de quibus *B. Pufendorfus* & *Dn. Thomafius* videri merentur, cõcinnò *N. & G.* ordine derivanda veniunt. *Officium* autem hominis *L. 1. c. 5. de* erga se ipsum, nihil aliud est, quam *naturalis ad sus* *O. H. & C* curam *Obligatio*, & licet quis cum *Hobbefiõ* dicat: Ne- *Jpr. div.* m inem sibi ipsi obligatum, ac ita simul Creditorem *L. 2. c. 1.* & Debitorem esse posse. Sciendum tamen erit: *de Civ. c. 6.* *Obligationis* illius, homini inhærentis, *Exercitium*, in ipso *S. 14.* homine terminari; *Obligationem* autem ipsam ad Deum, *Legis* naturalis auctorem referri, utpote ad illum, cui hujus *Obligationis* *Exercitium* exigendi, *I. 6. §. 7.* ejusdemque neglectum vindicandi jus sit, uti pluribus *Dn. Pufendorfus* docuit.

§. V. *Aliorum* quoque *Conservationi* homo *Proximi.* studere debet, illam enim, ut finem, Deus in *Creatione* æque principaliter intendit, ad quem *Societas* à *Grotio*, *Pufendorfio*, *Thomafio*, luculenter demonstrata, tanquam medium nos ducit. *Natura* autem humana eadem *aptitudinè* & *proclivitate* ad hanc, quam ad *Philantiam* à Deo instructa est, & licet in amore proprio interdum *Excessus*, in alieno verò *defectus* deprehendatur, ac ita *aptitudo* sufficiens deficere videatur; *Recurrendum* tamen erit ad *initium generis humani*, & exactam *aptitudinem* homini fuisse datam, suâ verò culpâ iterum amissam, ita ut reliquæ saltem *perfectionis* illius hodie supersingulis invenimus; quæ quidem, utpote ex *historia sacra* addiscenda, ratio sola extricare, potis non est. *Generale* quoque inde nascitur *Præceptum*, ex quo *specialia* de-

inde magno numero deducenda, scilicet: **Fac ea ,
quæ Societati conveniunt , quæ
Eidem repugnant, omitte.** Ratio: con-
gruunt enim hæc aut contrariantur fini, à Deo in
creatione hominum intento.

*Generis hu-
mani.*

§. VI. Cum autem non solum singulorum ho-
minum saluti, sed & *totius Generis humani Conservationi*
studere debeat homo, cum *existentibus* quidem paci-
ficè & socialiter vivere, in *demortuorum* verò locum
alios homines substituere tenebitur. Fit hoc per *Pro-
pagationem* seu procreationem sobolis, medium ad
conservationem totius generis humani efficacissi-
mum, sine qua illud jam dudum interiisset, Susci-
pienda autem est dicta propagatio, modò, dignitati,
quâ homo præ brutis gaudet, convenienti, h. e. tali,
qui *Sobolem* procreatam *certam* reddat. Nam sicuti
vaga libido, hunc finem plane non intendens, Juri

*v. Puf. VI. 1.
S. 4. & de
Off. II. 2. S. 2.*

Naturæ contrariatur, hoc enim omnem usum mem-
brorum genitalium, procreationem sobolis non pro-
fine habentem detestabilem esse jubet, ita & *promi-
sua Venus*, dubium reddens, ex quonam viro partus
conceptus fuerit, non minus *socialitatem turbat*; Ne-
que enim facile in educandam sobolem tanta cura,
uti jam fieri solet, impenderetur, & laxum nimis fie-
ret vinculum istud, quod homines tam firmo nexu
invicem ligat, si semper incertum esset, quemnam
parentem quis venerari, quos agnatos agnoscere de-
beat. *Legibus* itaque *Connubialibus* Conjunctio Maris
& Fœminæ circumscribenda, sine quibus, cum nul-

læ familiæ, sine familiis nullæ Civitates, quibus tamen omnis decorus ordo in vita humana constituendus innitur, intelligi queant; apertum est, citra connubia, homines vitam segregem & paulò minus quam belluinam acturos fuisse. Rectè itaque concludit Dn. *Pufendorfius*, Naturalem & regularem *VI. 1. §. 15. matrimonii finem esse, certam sibi & suam prolem quarere. & 5.*

Tale ergò Præceptum universale, Propagationem hominum dirigens, formari debet: Propagante genus vestrum eò modo, qui & dignitati vestræ congruit, & per quem sobolis procreatæ adest certitudo.

Obligatio autem inde veniens, generalis, indefinita ac indeterminata est, quæ non singulos necessariò, & quovis tempore, sed tunc demum stringit, si commoda adsit occasio.

Præcepta enim affirmativa, quale hoc est de matrimonio ineundo, ad sui impletionem requirunt occasionem; hæc autem non ex sola ætate, aut generandi aptitudine intelligitur, sed ut copia quoque sit decentis conditionis, nec non facultas alendi uxorem & prolem nascituram, ac ut mas quoque sit idoneus ad gerendum partes Patrisfamilias. Ob statum tamen ad-*v. Puf d. c. 1. v. 7. & de Off. liquis hominibus aliquando arctius ad Sobolem pro- l. 2. c. 2. §. 3. creandam adstringitur, ut si e. g. familia regia ad unicum redacta sit, ille sanè, ne Regnum periculis, quæ familiæ regnatricis extinctio regulariter se-*

v. Puf. d. §. 7. in fu. cum ducere solet, exponat, insigniter obligatus erit, ad generis sui propagationem legitimam quærendam.

*Testimoni-
um Salva-
toris.*

§. VII. Quæ hætenus dicta, sufficere forsan poterunt ad Propositionem fundamentalem, à nobis traditam, aliquatenus explicandam; illam enim per singula Juris Nat: capita deducere, ac specialia, quæ inde fluunt, Præcepta eruere velle, prolixius esset, quam ut institutum nostrum pateretur. Silentio tamen involvendum non est, ipsum quoque *Salvatorem* nostrum eandem actionibus hominum præfinitisse regulam. Percontantibus enim: *Quod*, nam *Præceptum Legis maximum* sit? Respondet *Christus*: *Diliges Dominum DEUM tuum* ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in omni mente tua; hoc est maximum & primum mandatum. *Secundum* autem simile est huic: *Diliges Proximum tuum* sicut te ipsum. Comprehendit autem effatum hoc primò: *Cultum Divinum*, Amor enim DEI injungitur; deinde *Philantiam*, dum proximum sicut se ipsum, non supra se ipsum; & demum *Socialitatem*; dum Proximum homo amare jubetur; ita ut *Summa Juris Naturæ*, unde præcepta ac prohibita demonstranda, hæc esse debeat: *Bona*, i. e. omnia quæ fini à DEO in Creatione intento conveniunt, esse *facienda*; *Mala*, h. e. omnia, quæ fini illi repugnant, esse *vitanda*. Utrobique tum *ergà Deum*, colendo illum; tum *ergà hominem*, i. e. vel *se ipsum*, vel *alterum*, Conservationi propriæ & alienæ studendò.

*Colliso præ-
ceptorum.*

§. VIII. Plana autem hæc omnia sunt, si *Cultus divinus*, *Philantia* ac *Socialitas*, *separatim* consideran-

derantur; quod si tamen contingat, uti in vitá humana sæpius evenire solet, ut *fines* hi *collidantur*, neque utrique simul satisfieri queat, sed si uni obtemperare velis, actio cum altero pugnans suscipienda veniat, difficile sane erit, invenire, *quemnam* finem *solum* in ejusmodi Collisione *DEUS* intenderit, ac alteri præferri jusserit. Equidem hoc certum est, *Præceptum inferius* semper *cedere* debere *superiori*; quodnam autem inferius, quod superius dicendum, ad ductum certarum *Regularum* dijudicari debet. Verum cum materia Collisionum se per totum Juris Nat. Doctrinam diffundat, ita ut non solum Cultus divinus cum Philavtia & Socialitate; Philavtia v. cum Cultu divino & Socialitate; ac tandem Socialitas cum utroque etiam collidatur; sed & nonnunquam Cultus divinus cum Cultu divino, Philavtia cum Philavtia, & Socialitas cum Socialitate collidi soleant, hinc, ne justò prolixiores simus, speciminis saltem loco quasdam solummodo regulas Collisionem prioris generis dirigentes, in medium afferre libet. Observandum autem est, *Quod*:

I. Si collidatur finis in ordine ad DEUM, cum fine quoad homines, illum solum DEUS intendat, adeoq; posterioris nulla habenda ratio.

Ita, si e. g. *Veram Religionem* *ejerare* sub comminatione *mortis* quis jubeatur, Præceptum sanè de *Vita conservanda*, ad Philavtiam spectans, inferius erit, & cedere debet superiori, *de Deo*, juxta modum in

verbò

verbô divinô revelatum, *colendô*. II. Si collidatur Philavtia & Socialitas propter malitiam alterius, Philavtia præferenda est. Præcepta quidem de Philavtia & Socialitate se mutuô *temperare* debent, quod si tamen alterius malitiâ collidantur, rectè dicitur, *Philavtiam præferendam* esse, nisi enim hoc fiat, nequissimus quisque meliori conditione frueretur quam probi. Fluunt ex hoc principio, ea quæ

I.3. §.2. n.2. *Grotius, Pufendorfius, Kulpifius*, egregiè asseruerunt, & II.1. §.4. licere scilicet *Vitam, Membra, Pudicitiam*, &c. etiam *seqq.* cum *internecione* aggressoris, *defendere*. Annotari

II.5. §.1. *seqq.* tamen debet, *Conditionem Perfossarum* interdum *Ex-ceptionem* hic parere. Nam si *Princeps*, à cujus *Conservatione* Reipubl. Salus dependet, innocen- *ad l. 2. c. 1.* tem strictô gladiô adoriatur, tunc quidem *Philavti-* *am* ob Socialitatem hoc in casu valentio-rem, omni- *§. 2.* no *negligendam*, & aggressum non solum *rectius* fa- cere, si occidi malit, quam occidere, sed & illum

II.1. §.9. ad *Grot. d. §.* *Zieglerus* statuunt. III. Si Philavtia & *9. p. m. 197.* Socialitas circa malitiam collidan- tur, dispiciendum, utrum causa Philavtias & Socialitatis sit æqua- lis, & tunc Philavtia præferenda. Ratio in apertô est, cum in *pari causâ* semper locus sit

fit *preventioni*; & hoc fundamento nititur proverbium:
Charitas ordinata incipit à se ipsa. Hinc urgente *fame*
 ne utiquam teneor, ad victum, cujus penuria mihi
 ipsi deinceps pereundum foret, aliis suppeditandum.
 Imo, etiam si in *gravissima necessitate* constitutus, res ad
 vitam necessarias, alteri subripiat, attamen neq; fur-
 ti neque alterius delicti reus fiet; non ut reviviscat
 hoc casu primæva communio, quod *Grosius* voluit,
 sed potius, quia, docente *Dn. Kulpisso*, non adsunt es-
 sentialia furti requisita. **IV. Quod si causa**

II. 2. §. 6.
Coll. Gr. ad
l. II. c. 2. sb. 5.

Philantias & Socialitatis non sit æ-
 qualis, sed ex observatione alteru-
 trius maior in genuo humanum re-
 dundare possit utilitas; tunc ea præ-
 ferenda, ex cujus prælatione majus
 commodum sperandum. Cum enim

Deus utilitatem quoque generis humani intendat, il-
 lud sanè præceptum, hancce magis promovens, ut-
 pote superius, in collisione observari merebitur. Inde
 est, quod ingruente validiori hostium manu, Bellicus
 Dux viliozem *Exercitus partem* præsentissimo *periculo*
 objicere, ac ita se & optimates iminenti fortunæ eripe-
 re valeat; & quod *militēs* hoc modo expositi periculū
 subire & mandatis *obsequi* teneantur; quodq; Præfe-
 cto Civitatis obsessæ *imbellem plebem*, illosq; qui sibi de
 victu prospicere nequeunt, foras *ejicere*, integrum
 sit; ne scilicet inopiâ victūs, se suosque eò citius hosti

E

tra-

tradere necessum habeat; & hinc quoq; privati, pro incolumitate Principū, periculis iminentibus sese obijcere, non solum poterunt, sed & illud facere tenebuntur

POSITIO III.

REX, qui Imperium abdicavit, aut manifestè pro derelicto habuit, pro Privato deinceps est habendus, ac in Eum omnia, quæ in Privatum, licent.

I. Rex se Regnè abdicare potest. II. Abdicatio est vel Expressa, vel Tacita. III. Utriusque Effectus. IV. Rex in quantum privatus fiat.

§. I.

DOCTRINA hæc, quam Grotius tradidit, tam in Regno *Electivo*, quam *Successivo*, tam si in *Patrimonio Regis* sit, quàm si *Jure tantum usufructuario* s. non patrimoniali possideatur locū suum inveniet. *Omne enim Jus* in Regnū, quod non *Jure Belli* acquisitum fuit, *Rex ex Populi Collatione* nanciscitur, in Regno quidē *Electivo immediate*, in *successivo autem, mediante* primo acquirente; Cui si per *abdicationem renunciare*, ac *Jus illud*, à populo antea per pactum acceptum, illi restituere velit, omne illud *vinculum*, quod inter Imperantem & Parentes hætenus intercedebat, *solvitur*, populusque sui plane *Juris* redditur; ita ut Principi *abdicatione neminima* quidem *Potestas* in illum reliqua maneat, nisi alia *abdicationi Lex dicta* fuerit.

§. II. *Abdicatio autem est vel Expressa*, quæ ut pluri

plurimum per Actum externum & maximè solennem fieri sivevit, qualem tempora antiquiora in *Dionetiano & Maximiano Herculeo*; superius autem & nostrum seculum in *Carolo V. Roman. Imperatore & Hispaniarum Monarcha*; *Cbristina*, Sveciæ Reginâ; ac *Jv. Casimiro*, Poloniae Rege observare potuerunt: Vel *Facita*, quæ ex *Derelictione* inducitur, ac *plenam Abdicationem* involvit; modò derelictio illa non ex *defectu facultatis*, quando sc. Princeps circumstantiis temporum aut aliarum necessitatum impeditus, Regno aut Provinciæ suppetias ferre non potuerit; quod respectu *Livoniae & Borussiae*, provinciarum Imperio Rom. nullum jure ereptarum accidisse *Conringius* annotavit: *de Fin. Imp. c. 29.*
Sed ex *defectu Voluntatis*, quod sc. Regnum aut provinciam amplius sub imperio suo habere noluerit, primitus orta fuerit. *Negligentia* autem sola eundem effectum producere nequit. Neutiquam enim animus derelinquendi Rempublicam præsumi potest in Principe, qui illam adhuc *actu* licet justò *negligentius* administrat. Unde patet, quod Deposito *Wenceslai* Imperatoris ex hoc capite neutiquam defendi queat

§. III. *Amittit* autem Imperans per abdicationem *omne Jus* quod in Populum antea habuerat, ita ut ille ipse in *privatorum* numerum deinde redigatur. *Liberis* tamen ejus jam *existentibus* in Regno *successivo* aut *patrimoniali*, hujusmodi abdicatione *neutiquam præjudicare* poterit, quo minus ad *successionem* in Regno admittendi veniant. Quod si autem *Princeps*, qui per abdicationem aut derelictionem omne Jus in Regnum deposuit, *pænitentiâ* forsàn ductus, *turbas* Reipublicæ *perniciosas moliri* incipiat, ac ita *Imperium recuperare* intendat; aut, si in Republica *morari*

cupiat, *Legibus* tamen ejus *convenienter vivere nolit*, in illum sanè eadem licebunt, quæ in privatum, ita ut *aut Regno excedere* jubeatur, quod *Christina* Sveciæ Reginæ, cum publicum Religionis Pontificiæ Exercitium contra expressas Regni Leges sibi arrogare conaretur, exemplò discimus; *Aut* ut pacis publicæ turbator, *graviore* pœnas luat, quod *Maximianus Hercules*, cum spe recuperandi Imperii Constantino M. Imperatori, Genero suo, insidias struxisset, suò malò expertus est, faucibus enim laqueò elisis, jussu Imperatoris interiit. Dijudicari inde poterit, num Jure an Injuriam *Jacobus II.* Magnæ Britanniæ quondam Rex, postquam Soliò Regiò relicto, nullâ necessitate urgente, totò Regno spontè suâ, Conscientiæ fortè stimulis agitatus, excesserat, in illud restitui postulerit? aut quid in illum, dum armis Gallicis, Conspirationibus & Seditionibus contra Regem in locum Ejus electū, & Regnū excitatis propositum exequi annitebatur Populo Anglicano in illum? licere potuerit? Itidē num Anglis ita derelictis proximos Regni heredes, Filiam scilicet Jacobi primogenitam Mariam, & Serenissimum ejus Maritum, Gloriosissimum Magnæ Britanniæ Monarcham hodiernū, *Wilhelmum III.* Arausionensem, Jacobi ex sorore nepotem, in Regium thronum collocare, de Jure quidem integrum fuerit?

§. IV. Notari adhuc meretur, cum *Regem*, qui imperium abdicavit, *privatum fieri*, *Grotius* dicat, illud *respectu totius populi*, penes quem Imperium, non respectu singulorum *privatorū*, intelligendum esse. *Deinde*: loqui illum de *Licentia non Facti*, sed *Juris*, & tali quidē, quæ univèrsò populo vel *Regi Successori*, non quæ singulis *privatis* datur. *Tertio* Sermonē hīc esse de

Ju-

Jure populi strictè, non de Officio Eiusdem versus Regē abdicarum; contra quem quidem, si in Rempubli-
cam delinquat, *rigidissime animadvertere licet*; num verò illud facere *expediat*, *Consilij*, non *Juris* erit dispicere. Equidem *Jo: Feldenus*, commodam *con-* *ad Gr. L. i. c.*
tradicendi occasionem se pactum putans, assertum *+ §. 9. p. m.*
hocce *Grotii* injustum pronuntiat, quia I. Et Regi *58.*
abdicato *Reverentia* debeat; II. *Subditi memores* esse debeant *beneficiorum* antea exhibitorum. & III. *Liberi* quoque *Emancipati* & *Servi manumisso*, reverentiam, & hi præterea de *Jure Rom. operas*, debeant iis, in quorum potestate fuerint. Sed *ficulnea* hæc sunt *sela*. *Resp.* enim ad I. D. inter *Reverentiam*, quæ respectu *dignitatis*, & *Obsequium*, quod respectu *Juris* debetur: non de illa, sed de hoc potissima hic est, quæstio. *Reverentia* autem sola nocentem ne utquam pœnâ meritâ liberabit. Ad II. *Resp.* *Injurias* illas, quas turbas excitando *Reipublicæ* infert omnia *beneficia*, quæcunque tandem illa fuerint, facile vincere eorumque memoriam delere, cum in primis *Salus Reipublicæ*, non memoria beneficiorum, *suprema Lex* esse debeat. Ad III. *Resp.* *Consequentiam* hanc nullam esse; Cum per *Emancipationem* tantum *Jus Patriæ potestatis*, quoad *Effectus Civiles*, non eos, qui *Juris Nat.* sunt tollatur; *Servus* quoque beneficio manumissionis *Libertus* tantum fiat; & ita nec *Liberi*, nec *Servi* hoc modo *omni obligatione* exsolvantur. *Vinculum* autem *omne*, quod inter Imperantem & Parentes hætenus intercesserat, per *Abdicationem* penitus tolli, ac populo inde plenam libertatem restitui, *suprà* jam demonstratum dedimus.

POSITIO IV.

Jus Primariarum Precum, est Potestas Imperatori noviter electo, vi Majestatici Juris circa Sacra competens, in quâlibet Ecclesiâ vel Monasterio per Universum Imperium, semel unam personam, secundum naturam beneficii idoneam, ad beneficium Ecclesiasticum, primò vacaturum, præsentandi.

I. Jus Primar: Precum quid sit II. Competit Imperatori Electo. III. Regi Roman: IV. Augustæ. V. Vicariis VI. Statibus Imperii. VII. Non ex Consuetudine, aut Jure Canonici primariæ, neque ex Concessione Pontificis. VIII. Sed vi Juris Majestatici circa Sacra. IX. In Ecclesiis Imperii mediatis & immediatis. X. Etiam per alium. XI. Omni ferè tempore exercendum. XII. Unde primariæ præces dicantur.

§. I.

Quid nomine Primariarum Precum veniat, unde ita dicantur, Cui & quâ ratione competant, ubi deinùm, quò tempore ac modò exercendæ, non una omnibus Juris Publici Doctoribus mens est. De singulis brevia quædam in præsentî, pro ingenii nostri

Asi modè, annotare, constituimus. Equidem ex definitione in Positione hac proposita facile constare putamus, quid per Jus Præbendarum Precum, quod nō tante Wehnero, germanicè: das Recht Panisbrieff oder Sayensfründe zuvergeben / audit, indigetur. Diximus autem, esse illud Patrimonium, per quam denotamus Jus, quatenus pro Persona, sumitur, quodque, definiente Grotio, est Qualitas moralis personæ comperens, ad aliquid justè habendum vel agendum. Patrimonium autem illa, perfecta est, uno verbo, Facultas; cumque illi in Debitore Obligatio quoque perfecta respondeat, vi ejus & ab invito, illud quod debetur exigi poterit.

§. II. Facultas itaque hæc in Imperio nostro Romano Germanico, quatenus unam Rempublicam constituit, quod Ill. Dn. de Knyps. in tr. de Unitate Republica in S. Rom. Imp. solide evicit, competit Soli Imperatori, noviter electo licet nondum Coronam Imperialem solenni pompâ susceperit, uti cum Paurmeistero & Schüzio, rectè concludit, A. Fritschius. Imperatoris enim Majestas & Imperandi Jus ex solo Electionis beneficio proficiscitur, quod non solum Bæclerus eruditè demonstravit, sed & jam olim ipse Imperator, Ludovicus IV. feu Bavarus, in nobilissimâ Constitutione Francofurti Ao. 1338. sancitâ contra prætensam à Pontifice Confirmationem fortiter ac masculè asseruit. Exhibet hanc Constitutionem Dn. Leibnützius in Codice Juris Gentium, nec non Aventinus in Annalibus Boicis; uti & Goldastus; verbis autem plerisque aliis eandem seu potius aliam, ab eodem tamen Ludovico ao. 1339. in Comitibus Coloniensibus sancitam, Boxhornius refert, qui tamen insigni

Obf. Pr. v. Panisbrieff etc.

de J. B. & P. l. i. c. 1. §. 4.

de I. N. & G. l. i. c. 1. §. 20.

de Imper. Prim. prec. jure. c. 2.

n. 48.

de S. R. I. p. m. 266. & in Ottone I. p. m. 289.

P. l. n. 76.

p. m. 148.

L. 7. fol. 622.

Tom. I. Comf. p. 331. seq. v. Goldast. avr. dl. p. 336.

Hist. Un. p. 560. *divocencia* illam Ludovico Imperatori Arnati filio, qui illi Quartus, aliis vero Tertius audit, & Seculo X. imperavit, adscribit, merito reprehensus à R. *Joach. Fel- lerò.* Quod autem sola electio hoc operetur, ipsa quoque *Aurea Bulla* testatur, quæ *Regem Romano- rum Electum* statim Rectorem & Caput Mundi, Populi Christiani, Fideliumque appellat, illumque jubet E- lectione modo peracta, non expectata Coronatione, Electoribus *Privilegia* sua nullâ interjectâ mora, *con- firmare*, qui actus sanè Majestaticus esse dignoscitur. Imo in Capitulationibus, quæ tamen, uti ex subjecta temporis annotatione liquet, regulariter Coronatio- nem aliquot diebus præcedere solent, ipsi Imperato- res adhuc hodie fatentur: Sibi Dignitatem & Pote- statem Regiam, per *Legitimam Electionem* collatam fuisse; **Durch Ordentliche Wahl zu Ehren und Würde des Königl. Nahmens und Gewalts er- hoben / erhöhet / und gesetzt seyn.** Publica autem illa *Inauguratio*, quæ certis semper ceremoniis pera- gi solet, nullum amplius Jus Imperatori confert, nisi etiam Augustam, in qua eadem Coronatio frequen- tatur, virtute ejus veram quoque Majestatem con- sequi, minus convenienter asserere velimus; sed sit saltem *Solennitatis causa*, & quo major in populo ex- citetur reverentia; obsequique studium, quemad- modum Dn. *Kulpisius* pereleganter jam docuit.

§. III. Porro *Regem* quoque *Romanorum* vivo Imperatore electum, eodem *Primariarum Precum* Jure gaudere, ex *Klockio* refert *Frischius*, & assertum hocce, *diplomate*, à *Wenceslao* olim *Ruperto* *Palati- no* dato, firmare nititur. Attamen cum indubie

d. p. 560. & p. 545.
In Not. ad Hornii Orb. Imp. p. 75.
** c. 2. §. 4. §. 8.*

v. Capit. Leop. & Jo- sephi in pro- am.

Posit. Jur. Publ. Ex. M. lb. 6. 7. d. c. 2. n. 49. c. 2. n. 14.

Ve-

Veritatis sit, Ejusmodi Regem, vivente Imperatore, nudo tantum nomine, minimè autem vera *Majestate*, Imperatoriæ contradistincta, conspicuum esse, nisi duplicem Majestatem in una Republica, ac eodem tempore existere, quod citra absurditatem fieri nequit, statuere velimus; Cumque insuper, volentibus ita Electoribus, omni actuali *administrationi* solennibus verbis *renunciare* teneatur, quod & in nuperissima *Josephi Capitulatione* observatum fuisse, ex verbis ejus: **Wir sollen und wollen uns auch keiner Regierung/ oder Administration in S. Röm. Reich/ so lange Ihr: Kayserl. Majest. im Leben unterziehen;** clarè discimus, sequitur sanè, illum nequidem ullum Jus majestaticum invitò Imperatore in exercitium deducere posse. Licet enim Rex Romanorum per illam ipsam Electionem, summam potestatem accipiat, ita ut Imperatore mortuo ulteriori Electione haud indigeat, sed confestim & citra ullum actum externum imperatoria Jura consequatur, uti memorabili Rudolphi II. exemplò illustrat *Wicquefortius; de l' Elect.* attamen in actu primo seu *potentia* saltem adhuc ad- *de l' Emper. c. 8. p. m. 115.* est. Potestas illa, & à Majestate Imperatoria, tam ar- ctis cancellis includitur, ut non, nisi obstaculò illò, per mortem, absentiam, aut permissionem Imperatoris, remotò, in *actum secundum* erumpere, & vim suam plenè exferere valeat. Quod si ergò Imperator aut absens esse incipiat, aut Regi Rom. Exercitium Juris primariarum precum concedat, quin hic deinde, non quidem *potestate* ab Imperatore sibi *mandatà*, sed *ordinarià* & proprià à Lege scilicet datà, validè illò uti queat, nullum esse potest dubium; &

F

exem-

v. Frizsch. de c. 3. n. 2. se 99. exemplo Wenceslai supra adducto, non solum de hoc, sed & de altero illo edocemur, *Regem* scilicet, Romanum si deinceps ad *Imperatorium* Culmen evahatur, *de novo* iterum Jus hoc exercere valere.

Thes. Pr. vor. Prima-ria preces. de c. 3. n. 15. de 7. Papali. c. 4. §. 5. de Coronat. Eleon. & Jo- sephi p. m. 64. ad A. B. c. 5. §. 1. O. 11. §. IV. *Augustam* quoque non quidem *jure proprio*, cum omni vera majestate, licet ejus *Elogio* condecoretur, destituatur, sed ex *Communicatione & Concessione Imperatoris*, ac ita radiis mariti coruscantem, eodem pollere *Jure*, *Besoldus Frizschius & Ill. Dn. Strykius* annotarunt, idque *Literæ*, ab *Eleonora, Friderici III. Imp. Conjuge* annò 1459. ad *Abbatissam Buchoviensem*, cum *primariis precibus pro Conrado Saab*, interpositis, datae, quas *Sigismundus Ferrarius* exhibet, ulterius confirmant.

§. V. Num autem idem *Jus Ordinariis Imperii Vicariis, Saxoni & Palatino vacante Imperio* competat, non conveniunt *Doctores*. *Limnæus* rem ex modo, quo *Imperator Jus illud* habet, decidendam putat. *Aut* enim, ait, tenere illum hoc ex *Concessione Pontificis*, & cum hæc *personalis sit*, cum morte *Imperatoris* expirare, nec ad *Vicarios*, pari privilegio non gaudentes, transire valere. *Aut* tenere illud *Jure & approbata Consuetudine*, ex *Coronationis suæ solennis ad Romanorum Regnum impletionem*, uti *Carolus IV. in Rescripto apud Goldastum loquitur*, & itidem *personam coronatam moriente*, extingvi. *Aut* tenere tandem illud *jure Patronatus*, nomine & virtute *Imperii*, & tunc, cum *Imperatore defuncto* ad *Imperium* revertatur, à *Vicariis quoque interregni tempore* exerceri posse. *Medium* ex hisce assertis, cum *Limnæus* suum fecerit, in effectu illum *Negativam*

quam amplecti liquet; quam & *Schwederus*, hac ratio-
 ne, quod scilicet illud *semel* tantum ab Imperatore,
 toto Imperii sui tempore, queat exerceri, palam pro-
 fitetur. *Affirmativa* tamen *verior* est; & pro illa non
 tantum *verba Aureæ Bullæ: ad Beneficia Ecclesiastica*
presentandi, germanicè: *Gottes-Gaab zuverleihen/*
quæ de jure primariorum præcum Daniel Otto, & Fri-
tzschius cum Doctoribus ab utroque allegatis, rectè
 explicant; sed & ipsa *ratio & Vicariatus Natura*, imò
praxis quoq; militant. *Majestas* enim, quæ ut omnium
 Rerum publicarum, ita & Germanicæ nostræ anima
 est, post *Imperatoris*, qui hæctenus *Subjectum* ejus pro-
 prium, seu accidentale constituerat, fata, ad *Subjectum*
 suum *commune & essentielle*, totum sc. Populum, regula-
 riter revertitur. Jam, cum in Imperio Romano Ger-
 manico, per provisionem Legalem Aureæ Bullæ,
 duo ita constituti & quasi interpositi sint *Vicarii*, ut
 vacante Imperio *Majestatem*, qualem defunctus Im-
 perator habuerat, in se *recipere*, & *Rempublicam*, do-
 nec de novo Imperatore prospiciatur, deinceps *ad-*
ministrare debeant, necessariò sequitur, *omnia* quo-
 que *jura*, quæ Imperatori vi Imperii competierant,
ad illos, modò tamen ab ipso etiam Imperatore ob-
 servando, exercenda, *transitura*, nisi à quibusdam per
 expressam dispositionem Legis arceantur. Regu-
 la enim, secundum quam omnis *Vicariorum* pote-
 stas metienda, hæc certe esse debet, scilicet: *Vicarii*
omnia ea, quæ Imperatori licent, permessa censenda esse,
nisi si quæ iis expresse per Auream Bullam adempta inveni-
antur. Adempt autem *A.B.* illis solummodo Pote-
 statem de *feudis regalibus investiendi*, & *Bona Imperii*

Introd. in Jus Publ. Part. Spec. Sect. L. c. 5. §. 16. c. 5. §. 2. 7. Publ. c. 16. p. m. 535. dl. c. 3. n. 5. add. Arum. ad A. B. c. 5. th. 34. & 35.

J. P. Tom. F. alienandi. Dissentit quidem Linnaeus, ac illum secu-
l. 3. c. 12. n. 81. tus Dn. Vitriarius, qui putant: Nihil præterea Vica-
Et ad Capit. rii concessum esse, quam quod in Aurea Bulla expres-
Car. V. art. sum deprehendatur. Malè. Priorem enim regu-
3. P. 144. lam praxi firmatam esse Dn. Kulpesius † testatur, cui
Instit. Jur. Schwederus, & Doctores ab utroquo adducti addi pos-
Publ. l. 3. t. 6. sunt. Facile inde satisfieri poterit rationibus negan-
P. 335, tium. Linnaeo quidem, si dicamus: Priora duo as-
† d. Ex. II. t. b; sserta falsò niti fundamento. Imperatores enim
18. jus primariarum precum, neque ex Concessione,
dl. Sect. 1. c. Pontificis, neque ex sola Consuetudine, aut Virtute
33. S. 8. Coronationis, sed vi juris Majestatici circa Sacra habe-
re, uti paulò post demonstrabimus. Tertia autem,
sententia nobis non contrariatur, cum Jus Patrona-
tûs, tam Regium, quam Vulgare, de qua distinctio-
7. Eccl. l. 2. c. ne B. Brunnemannus videri potest, ad Jus circa sacra
8. S. 1. add. referendum sit. Schwederi denique ratio magnum
Dn. Strysk. pondus habere nequit. Non enim ita continuatur
in not. ibi. defuncti Imperatoris Imperium à Vicariis, ut pro
uno eodemq; penitus censendum sit, quod quidem,
actus semel tantum exercendos excluderet; Neque
Jus suum ab Imperatore demortuo, sed ab expres-
sa dispositione Legis habent Vicarii, qui etiam non
Imperatorem sed S. Imperium repræsentare, & bujus vi-
ce ac nomine potestatem suam gerere, in Aurea Bulla
d. c. S. 1. dicuntur. Deinde, cum omnia Jura Majestatica,
nisi si quæ expresse prohibeantur, ad Vicarios trans-
ire supra asseruerimus, certè, num semel, an aliquo-
ties à defunctò Imperatore durante Regno excer-
ri potuerint, nec ne, non attendi merebitur. Expe-
rientia demum testatur, Vicarios quoque Jure isto
art

uti. Ita enim Sereniff. Saxon. Elector, Jo. Georgius II. cum post excessum Ferdinandi III. Vicariatûs munere fungeretur, Perillustri cuidam Viro primarias preces suas ad Capitulum Magdeburgense, concessit, illumque ita in numerum Canonicorum ibi recipi fecit. Notari quoque debet, Jus primariarum precum cum reliquis Juribus majestaticis, Vicariis solum *vacante Imperio*, h. e. nullo plane Imperatore aut Rege Romanorum existente, tribuendum esse; nam si *absentis* aut *minorennis* nomine administrant, non ipsum *jus*, sed *Exercitium* tantum illius habebant; neque *Ordinaria* & à Lege datâ, sed *mandatâ* saltem potestate, uti quilibet alius, cui Imperator Jurium quorundam Exercitium committere voluisset, utentur, ac ita non *Imperii* sed *Imperatoris* saltem Vicarii dicendi erunt. Hinc si Augustissimum Leopoldum Imperatorem, priusquam Serenissimus Romanorum Rex Josephus decimum octavum ætatis annum attigisset, decedere contigisset, Vicarii ordinarii nequitiam hoc Jus, suo nomine exercendum, vindicare sibi potuissent. Quamvis enim illis in *Capitulatione* Josephi *administratio*, donec ad legitimam ætatem Rex pervenerit, reservata fuerit; in simul tamen omnia Imperii negotia *non suo* ac proprio, uti alias fieri solevit, sed *Regis Romanorum minorennis nomine* expedire jubentur. Verba Capitulationis hæc sunt: Wir sollen und wollen uns auch zu keiner Regierung oder Administration in S. Römischen Reich/ so lang Ihro Käyserl. Majest. im Leben/ oder nach Dero Todt/ welchen Gott lang verhüten wolle/ zu præjudiz

diz der Reichs- Vicarien / welche inmittelst die Reichs- Administration führen / die Expedition aber in unsern Nahmen verfügen sollen / unterziehen / bis wir das achtzehende Jahr unsers Alters erreicht und angefangen haben etc. Ubi ultimis ex verbis in transitu observari meretur, pro *termino legitima etatis* in Rege Romanorum, quò scilicet pro majorenni & ad actualem administrationem sufficienti haberi debeat, *principium anni decimi octavi* præfiniri, cum aliàs in *Electoibus* per dispositionem *Aurea Bulla*, *decimus octavus completus* requiratur. Equidem *Electores* in primâ Capitulationis delineatione, nullam differentiam inter *Electores* & Regem Rom. quoad terminum legitima ætatis agnoscetes, *annum quoque decimum octavum* completum nominaverant; Verùm, cum Imperator, tanquam *Rex Bohemia*, in *monitis* suis ad Capitulationem, novò planè institutò, exhibitis, inter alia urgeret: Es hätte Imperator, da man circa ætatem Regis Rom. ein gewisses statuiren wollen / verhofft / dero Königl. Böhmische Gesandtschaft zu den hierunter fürgenommenen Consultationibus gleich anfangs würde gezogen worden seyn / hofften jedoch einem Churfürstl. Collegio würde nicht zuwieder seyn / die im Aufsatze benante 18. Jahr auf 14. zu determiniren; *Electores* prudenti temperamento, ne autoritatem Imperatoris vel penitus negligere, vel prætensam à Bohemo facultatem monita quoque sua in vim suffragii offerendi agnoscere viderentur, unum solummodo annum numero antea definito detraxerunt, & ad

1. 7. §. 4.

Wen.

Wenceslaum forsan, qui eâdem ætate imperare cœpit, respicientes, *annum decimum septimum completum* posuerunt.

§. VI. Superest, ut dicamus, *Electo-ribus, Principibus ac Statibus Imperii*, vi Superioritatis territorialis in Ecclesiis ac Monasteriis Potestati eorum subiectis, Jus quoque *primariarum precum*, competere debere. Pro *Regula* enim tenendum: „ *Status Imperii* vi superioritatis territorialis, quam ab Imperatore & Imperio tenent, *omnia Jura Majestatica* habere, ac illa „ *intra territoria sua*, in quantum *Legibus & Pactis* „ Imperii universalibus *non repugnat, liberè exercere* posse. Jam, cum Jus primariarum precum, uti mox deducemus, Juris circâ sacra pars sit, neque ullibi in Legibus universalibus Statibus ejus Usus interdicitur, consequens erit; Status sibi hoc quoque Jus in territoriis suis jure optimo maximo vindicare valere. Ita etiam olim *Gerlacum* Archi-Episcopum Moguntinum, tempore Caroli IV. Imp. annò 1346. Abbatissæ, Priorissæ, & Conventui Cœnobii Sanctimonialium in Husdorff Ord. S. Benedicti, certam personam præsentasse, in Diplomate, quod Dn. *Schilterus* incomparabili Tractatu de *Libertate Ecclesiarum Germaniæ* adjecit, pluribus legimus, in quo intra alia expressè asseritur: Archi-Episcopos Moguntinos secundum antiquam & laudabilem *Consuetudinem*, jam longis temporibus in violabilem observatam, non tantum in *Ecclesiis secularibus Collegiatis*, verum etiam in *omnibus & singulis Monasteriis & Cœnobiis Civitatis & Diœceseos Moguntine* preces primarias exercuisse. Et ab hoc jure nec hodiernos *Eminentissimos Ele-*

In addend.
ad l. 6. c. 5.
§. II.

Electores Moguntinos recessisse, usus testatur. De Statibus autem *Protestantibus*, multo minor adhuc dubitandi ratio superesse potest, cum in eorum Territoriis per §. *Damit auch obberührte art. V. §. 1. &c. Pacificationis Religiosa* de anno 1555., in *Instrumento Pacis Westfalica* confirmatæ, omnis *Jurisdictio Ecclesiastica Pontificis suspensa*, ac ita illis *Jus circa Sacra plenè restitutum* fuerit. Et licet à plurimis *Exercitium* istius Juris, nescio quibus ex causis, hactenus *neglectum* deprehendatur, *Serenissimos tamen Electores Brandenburgicos*, Jurium suorum Assertores strenuissimos, in primo introitu administrationis provinciarum suarum in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis, hoc quoque Jus primariarum precum, quæ inde *Preces Electorales* dicuntur, in favorem bene meriti cujusdam ministri vel officialis, exercere, testis est

*p. 1. Consuet. Scheplixius, à Limneo † Fritzschiò, & * Thulemariò* relat. *March. s. 1. §. 1.* tus. Imò *Serenissimam* quoque *Electoris Conjugem* idem Jus in *Conventibus sequioris Sexus* sibi vindicare, ea, quæ *Legati Brandenburgici* ad *Comitia Imperii* ante aliquot annos, cum *Abbatissa des*

† de I. Prim. Stiffts St. Marià in Minden/ contra *Concessionem* beneficii à *Serenissima Electrice* virgini cuidam factam, *Appellationem* ad *Cameram* tunc *Spirensis*, interposuisset, pro *conservando hoc Jure*, retulerunt, *luculenter docere*, apud *Schilterum* autem *videri* possunt. *Rectissimè tamen* monet *Ill. Du. Strykius, Principissas Imperii*, æque uti *Imperatricem* Jus hoc non nisi *ex concessione Maritorum* suorum, ne uti- quam verò *Jure propriò*, cum non *Majestatem Potestatis*, sed *Dignitatis tantum* habeant, exercere. *H-*
lud

lud adhuc notari meretur, *Fridericum*, Christiani IV. Daniæ Regis filium, cum ao. 1635. Archi Episcopatu *v. B. B. a Puf-* Bremensi præficeretur, *Christina Svecia Regina*, inter *fedorff. Rer.* alias conditiones, ad consensum ejus eò facilius elici- *Svec. L. 7.* endum conceptas, *Jus quoque Primariarum Precum ob-* §. 23. p. m. tulisse. 189. a.

§. VII. Unde verò & ex quonam *fundamento* Im- §. 4. & 6. peratori Jus hoc competat, diversæ admodum sunt §. 4. & 6. Doctorum sententiæ. Præmoneri autem debet, no- † §. P. T. 1. 2. bis hic de solo *Imperatore*, sub quo tamen & *Regem Ro-* c. 9. n. 5. *manorum*, in quantum Jure illo gaudet, comprehen- Vol. i. Conf. didimus, sermonem esse. *Augustam* enim ex nuda Cæ- 4. p. 20. saris Concessione, *Status* verò Imperii vi Superiorita- de Republ. Rom. Germ. tis territorialis, sive, uti *Ill. D. Strykius d. §. 5.* rem effer- p. 3. s. 11. re amat: Ex summa Jdictione, summaque potestate §. 48 Eccles. quam quilibet Princeps in territoriô suô ha- a.) ap. Gold. bet, licet consequenter eodem ex fundamento, quam Conf. Imp. Imperator respectu totius Imperii, Jure isto frui, pau- t. 3. p. 406. lō superius sufficienter forsan demonstravimus. *Prima* b.) ap. Marq. itaque Sententia est Eorum, qui cum † *Limneo*, *Klo-* Freher. ad P. ckio, *Lampadio*, ad inveteratam *consuetudinem* provo- de Andlo. l. 2. care amant, iisque non parum favere videntur Diplo- c.) 6. p. 176. & mata *Rudolfi I. a.)*, *Caroli IV. b.)* *Wenceslai*, c.) *Ferdi-* Schilte- nandi II. d.) in quibus omnibus *inveterata consuetudi-* c. ap. Fre- nis mentionem fieri deprehendimus. Verùm di- ber. dl. stingvendum hic est primo inter *Originem* seu *Funda-* d.) ap. mentum *Juris* & *modum* illud *continuandi* seu *conservan-* Fritsch. d. di. *Juris* enim hujus, uti eleganter *Dn. Textor* disse- l. mantiss. 1. rit, *Origo*, si rem ipsam consideremus, haud dubie su- J. Publ. Ca- prema *Potestati Cesareæ* in Ecclesiasticis attribuenda, sar. tit. 11. quod unius in singulis Ecclesiis beneficii Concessio n. 168.

Imperatori, etiam post illa tempora, quibus Pontifices Ecclesiastica Jura per Imperium ad se traxerant, reservaretur, ipsoque *usu retineretur*. Minime ergo in adductis diplomatibus dicitur, *consuetudinem fundamentum hujus Juris*, sed, illā *medium* saltem fuisse & *modum*, per quē *Jus* illud Imperatoribus proprium, *continuatum*, à primis temporibus ad subsequētia, usque perductum, ac sine interruptione *conservatum* fuerit. *Amitti enim illud per non usum*, per verba Instrumenti pacis †: *Ubi Sacra Cæs. Maj. Jus primariarum precum exercuit, exerceat etiam in posterum &c.* argumento à contrario sensu ducto, docet *Fritzschius*. Ubi tamen cum *Dn. Textore* omninò observandum, quod *Ecclesia*, *Exemptionem* à Jure precum, vel ex speciali concessione, vel ex legitimā immemorialis temporis præscriptione *allegans*, illam *probare* teneatur. Ius enim hocce Imperatoris Universale est, Consuetudine quoque publicā, notoriā & universali corroboratum; Unde etiam præsumtio pro eo militat quod sc. in omnibus Ecclesiis locum invenire debeat. Iam, si una vel altera Ecclesia se à Regula hacce universali per modum Exceptionis immunem esse asserere audeat, facilè patet *Exceptionem* hanc, *tanquam factum* aliquod, quod nunquam præsumitur, ab allegante *probendam* fore. Deinde ad excludendum Imperatorem in petitorio *solum non Usum*, sive nudam Omissionem *non sufficere*, sed insuper *factum* aliquod à parte utrāque *requiri*. Cum enim *mera facultatis* sit, num Imperator jure sibi competente uti, & literas precum ad Ecclesias dare velit; facile patet *præscriptionem* hoc in casu *nullum locum* invenire, *nisi factum* aliquod

utrin-

Part. V. §. 18.
d. l. c. 4. n. 17.
d. t. 11. n.
57. usque
ad fin.

utrinque accesserit, h. e. nisi *Imperator aliquando preces* hæc ad Ecclesiam illam *dederit*, hæc verò Iuri ejus *contradicens Precistam* ad beneficium vacans non *admiserit*, eaque negatione *Imperator acieverit*, & hoc modò silentium Cæsareum per immemoriale tempus accesserit. Secundo quoque distigvendum erit inter *Ius ipsum & modum illud exercendi*. Ius, Majestati qua tali, debetur, licet forte consvetudinem sapere videatur, quod semel tantum a quolibet Imperatore in singulis Ecclesiis illud exerceatur, item quod Precista litteras Imperatorias intra mensem à die, quo primum beneficium vacare, resciverit, computandum, insinuare teneatur. &c. Videre inde licet, in plerisque *Diplomatibus* illis, non solum, *Consuetudinem*, sed potissimum *Jus* quoque suum allegasse Imperatores; ita enim *Carolus IV.* tam in *litteris* illis, annò 1350. Spiræ Nemetum Petro Conrado de Dylle, Presbytero datis; quam in *aliis*, Dresdæ, ao 1348. VI. Id. Xbr. Virgini cuidam concessis, expressè hæc duo jungit, ac disertè testatur; Sibi tam *de Jure*, quam antiqua & approbata *Consuetudine*, Divis Romanis Imperatoribus & Regibus hætenus laudabiliter *observatâ*, competere &c. singulas præsentare personas, eas autoritate primariarum precum recipi facere & admitti &c. Nequè minus Ferdinandus II. ad *Iura S. Rom. Imperii* hoc quoque *d. l.* refert. *Secunda* sententia, à qua etiam *Conringius* non adeò alienus esse videtur, ideò Jus hoc Imperatoribus concedit, quod olim semper *supremi Cathedralium Ecclesiarum Canonici* fuerint; Illam *Fritzschius* &, qui ejus vestigia legit, *Schwederus*, ex ratione,

ap. Freher. d. l. & Goldast. t. 1. p. 343. ap. Schilter. d. l.

ad Bull. Innoc. X. c. 9. p. 309. sq. d. l. c. 2. n. 7. & 43. seqq. d. Sect. 1. c. 5.

preces scilicet primarias, dignitate illa Canonica longè antiquiores esse, refutarunt, quæ quidem nostra non facimus. *Tertiam*, quæ illud *concessioni*

L. 2. O. 155. five, uti *Gailius* loquitur, indulto & privilegio
n. 6. Pontificis deberi autumat, qui amplectuntur, recen-
d. c. 2. n. 3. set *Fritschius*, rationesque eorum adductas prolixè fa-
4. 5. 6. tis refellit. Quamvis autem illi *Autoritatem Specula-*
@. 26. usq; 42. toris, qui, bullatum Pontificis Privilegium Imperato-
v. *Guil. Dur-* ri datum se vidisse, hac adhibitâ formulâ: Item no-
vandus in ta, quod Imperator habet Privilegium, quod ego vidi
Spec. Jur. bullatum, quod in qualibet Ecclesiâ Alemanniæ pos-
L. 4. part. sit facere unum recipi; gloriatur, ac Pontificis *Confir-*
3. de pra- mationem hodie adhiberi solitam, maximè urgeant;
bend. & Di- attamen, cum bonus ille *Speculator* multa in speculo
gnitat. §. re- suo viderit nullibi alias *exstantia*, minimè illi, utpote
fat. n. 7. referenti credendum erit, nisi de relato prius aliunde
certius constiterit. *Confirmatio* verò Pontificis, neuti-
quam pro *causa efficiente* hujus Juris, sed solummodo,
pro *cautela* ex superabundanti additâ haberi debet,
quò ita Ecclesiasticis, quibus Imperantium Juribus
insidiari solenne, omnis obedientiam denegandi præ-
textus, obtentu Papalis autoritatis, præscindatur.
Equidem non erubuit *Inocentius X.* testimonium
in propria causâ dicere, & preces primarias *Ferdinan-*
do in Imperatorem Electo à sede Apostolica conces-
sas fuisse, audacter in *Bulla* illâ asserere, quâ *Pacem*
Westfalicam, Germaniæ non solum, sed Univerſo
Christiano Orbi post tantas actam, diuturnas clades,
saluberrimam, eludere, irritò tamen conatu, anni-
sus fuit; restiterunt enim fortiter impiis ejusmodi de-
stinatis Paciscentium tam Catholicis quam Protestan-
tes,

tes, &, exemplô Curiaë Romanæ minus grato, ibrutum hocce fulmen, penitus spreverunt, cujus insuper iniquitatem *Hermannus Conringius* peculiari ad Bullam istam librò, solidè detexit, & *cap. IX.* hunc præcipuè locum ex professò sibi refutandum sumsit. An verò temperamentum à *Textore* allatum, *Gratiam* scilicet *precum Juri Casareo* prisco & *Consuetudini*; Ulteriorem verò *approbationem Pontifici* deberi, componendo huic dissidio sufficere queat, aliò forsan tempore accuratius examinandum erit.

§. 8. Optima ergò ac dignitati libertati que Imperii Germanici maximè conveniens est sententia statuentium, Imperatori *vi Juris majestatici circa Sacra* hoc quoque primariarum precum Jus competiisse, & in eò tenues, pristini illius Juris, à Romano Pontifice inique nimis Germaniæ erepti reliquias, adhuc hodiè superesse. Jus autem circa sacra, quod *Constitutionem Magistratum Ecclesiasticorum*, cujus Jus primariarum precum species, quoque completitur, inter Jura majestatica referendum, ac illi, qui summam in Republica potestatem tenet tribuendum esse, nemo sanæ mentis unquam forte negaverit. Illud autem prisci Imperatores tantâ semper cura sibi vindicarunt, ut, licet *Constantinus M* Christianorù sacra amplexus, Ecclesiasticos egregiis prerogativis ornasset; Jus tamen *circa Sacra* sibi ac Successoribus suis illibatum *reservaverit*, veluti evidenter demonstravit *Dn. Schilterus*. Tractu verò temporis, gliscente indies magis magisque Præsulis Romani ambitione & superbiâ, Imperatores Germani, quorum potentia per callidas pontificum machi-

de Libert. Eccl. Germ. l. 1. c. 6. §. 7

nationes immensum decreverat, fatalibus ac inter-
necinis turbis defatigati, multa de Jure suo remisere.
Donec tandem anno 1122. *Henricus V.* infelicis me-
morix Imperator illud fere integrum *Calisto II.* Pon-
tifici cedere, ac *Investitura Episcoporum* per Baculum
& annulum hocque ipso *Juditioni in Ecclesiasticos renun-*
ciare coactus fuerit. Renuntiationis, hujus infaustæ
Diplomæ cum *Reversalibus Pontificis ex Conrado Abbate*
Urspergensis exhibent *Heinr. Meibom., de Jure Investituræ*
Episcopalis, Imperatoribus Romanis à Pontificibus per vim &
Tyrannidem adempto; nec nõ *Dn. Leibnützius in Codice*
Juris Gentium. ut & *Dn. Schilterus* in sæpius laudato tra-
statu de Libertate Ecclesiarum Germaniæ, qui etiam post-
quam Justitiam hujus transactionis eruditè non mi-
nus, quam solidè examinasset, tandem *concludit:*
Transactionem & Cessionem istam ob deficientem
in cedentibus facultatem, Jus hoc Constituendi Ma-
gistratus Ecclesiasticos, Majestati inseparabiliter
inhærens, extrà Rempublicam alienandi; nec non
ob aptitudinem & Capacitatem illud legitime possi-
dendi, in acquirente, Pontifice scilicet, cui non minus
quam toti Clericorum Coetui Usurpatio potestatis
Summæ Ecclesiasticæ & Civilis in Sacris Literis in-
terdicta, itidem deficientem, non jure factam, adeo
per se invalidam, & ipsò jure nullam, Germaniæ
autem perniciosissimam fuisse. *Remanserunt* tamen eti-
jam post cessionem hanc Imperatoribus *Jura* quæ-
dam majestatica *circa Ecclesia Statum* adhuc reliqua,
quorum *Catalogum* nectit *Schilterus*, illiquè *Jus Pri-*
mariarum precum inferendum esse in *addendis* deinde
monet. Verùm & residua hæc *Jura* non illibata,
religi-

tit. 2. p. m. 2.

L. IV. c. 5.

§. 6. seqq.

§. 11. & seqq.
plur.

add. Con-
ring. de Con-
stit. Episcop.
German.
lib. 57.

dl. §. 33.
ad d. §. 33.

reliquere Curia Romanæ Artes, sed Pontifices callidissimis machinationibus instructi, ea subinde involare, imò penitus sibi usurpare ausi fuerunt. Et quamvis in Concilio Basileensi Dominatui Papali, abrogatis per publicum Decretum Reservationibus & Annatis, aliisque abusibus, modus aliquis positus fuisset; Germani tamen, calliditate Papicolarum circumventi, fructu inde sperato se defraudari fatali errore passi fuere. Nam cum antea in Concilio Constantiensi inter Martinum V. Pontificem & Nationem Germanicam Concordia sive Transactio, de Ecclesia Universalis administratione inita, & in illâ Constitutiones Papales, sc. C. Execrabilis. 1. Extravag. Job. XXII. de Prab. & Dignit. & c. 4. Extravag. Commun. eod. nec non C. ad Regimen. 13. Extravag. Commun. de prebend. modificatae fuissent; Eugenius IV. quoque, ut Decreta Concilii Basileensis in Germaniâ observarentur, solenni Diplomate ao. 1446. concessisset; Attamen Fridericus III. Imp. nimia facilitate Aeneæ Sylvio, Secretario tunc suo, sed postea sub Pii II. nomine Pontifici, fidem habens, illiusque arbitrio, prudentioribus merito suspecto, rem tanti præjudicii committens, citra omnem necessitatem nova Pacta cum Legato Pontificis Johanne, Card. S. Angeli, d. 17. Febr. anni. 1448. condidit, quæ deinde Nioclaus V. Pontifex eodem adhuc anno, Bullâ suâ Confirmavit unde & communiter sub forma Bullæ extare solent. Et hæc sunt famosissima illa Concordata Nationis Germanica, in quibus nonnulla ex Decretis Concilii Constantiensis & Basileensis recepta & probata, alia verò rejecta fuere. Inscrivit illa Constitutionibus Imperialibus à se editis

v. Conring. dl. 1b. 82. & 83. Schilter. in not. ad Concord. nat. Germ. §. 7. p. m. 502. sq.

v. Leibnütz. Cod. Jur. Gent. p. 1. n. 155. p. m. 384.

v. Leibnitz. dl. n. 156. & n. 157. p. m. 391.

v. Id. dl. n. 158. p. m. 396.

v. Conr. dl. 1b. 84. Tom. I. p. 207.

ebior

cbior Goldastus, qui etiam versionem Germanicam, quamvis notante *Schiltero* minus accuratam, subjecit; unde tamen sua *Limnaus* hausit. Imprimis vero *Georgio Branden* Jctus Pontificius, Concordata ista cum aliis Constitutionibus eò pertinentibus Romæ, A. 1600. edidit, adjectis quæstionibus nonnullis pro Romanâ sede, illiusque potestate asserendâ concinnatis; & *Jo. Schilterus* eadem, eruditis annotationibus illustrata, *Institutionibus* suis *Juris Canonici* subjecit. Effectum autē hoc mōdo fuit, ut omnibus iisque ad Jus sacrorū spectant non imminutis solum, sed potius penitus amissis, Imperatores solum ferē *primariarum precum Jus* tanquam exiguam tabulam ex tam infelici naufragio, retinuerint, illudque, utpote *præcellsum Regale Imperii*, *Ein hohes Reichs-Regal* / uti à *Matthia Imp.* in literis ad Episcopum Spirensē *Philippum Christophorum*, quas *Klackius* exhibet, dicitur, sanctē & solicitē hactenus custodiverint. Ex hisce igitur, quæ fusius retulimus, luculenter forsan patescit sententiæ nostræ veritas, quam & præter *dl.c.2.n.10. Doctores à Fritschio & Schvvedero* magno agmine adductos, suam fecere *Hermannus Conringius* † *Ill. Dn. Strykius*, * *Godofr. Ferd. de Buckisch & Læwvencels*, *Dn. Textor* †† & imprimis *Dn. Io. Schilterus*,** cujus de primariis precibus elegantia verba, liceat adscribere: Reliquiæ scilicet sunt, *inquit*, *Juris Imperatorij circa Sacra, & speciatim Juris conferendi beneficia & ministeria sacra. Quod quum, per Concessionem Juris Patronatûs Episcopis, Abbatibus, & Laicis, imprimis verò Papæ factam, transferretur, reservatum fuit hoc Jus, ut recens,*

ad Concord. nat. Germ. §. 10. ad Cap. Car. V. mantiff. 6.7.8.p.395. seqq.

P. II. p.m. 460. sqq.

Tom. 1. post. Consil. 4.

*dl.c.2.n.10. d.c.5. §. 15. † ad Bull. In. noc. X. c. 9. p. 310. * de J. Pali Princip. Evangel. c. 4. §. 3. ad Instr. pac. art. V. §. 8. Ohf. 24.*

†† *J. Publ. Caf. tit. XI. n. 168.* * *d.L.6.c.5. §. 11.*

coro-

coronatis, (melius: *Electis*) Regibus Romanorum,,
 aut Imperatoribus, tamen fas esset *primis petenti-*,
bus, (duo hec verba omiffa malle) conferre beneficia,,
 etiamsi Jus Patronatus aiii ordinariè competeret.,
 Hactenus ille. *Neque Opinioni huic contrariatur alte-* v. *Fritzsch.*
ra illa, Jus hoc Imperatori, ut universali Ecclesia Pro- dl. n. 9. &
teftori, & supremo Advocato & Patrono adscribens. n. 47.
Jus enim protegendi, Regium quoque & summo Im-
peranti in Republica proprium est; Jus verò Patro-
natus & potestatem Constituendi Personas Ecclesiasti-
cas, ad Jus circa sacra referendam esse, supra jam
docuimus.

§. 9. Cum autem Precibus hisce Imperatoriis
 non solum nuda nominatio vel commendatio, uti qui-
 dem *Webnerus, Besoldus, & Chokier* volunt, sed potius
 uti accuratè observat *Dn. Textor*, ipsa vera Collatio, d. tit. 11.
 ab ordinariis Collatoribus licet expedienda, virtua- n. 192.
 liter insit, hinc etiam iis necessario recipiendis citrà
 omnem tergiversationem obsequi, Collationemque
 beneficii hoc modo ab Imperatore factam, misso in
 Possessionem Precista, quamprimum beneficium
 aliquod huic gratum vacare contigerit, expedire te-
 nentur omnes Ecclesia, Capitula ac Monasteria, tam Vi- v. *Carol. IV.*
 rorum quam Mulierum, quæ scilicet actualiter Imperii in *Diplom.*
 Romani Germanici superioritatem agnoscunt; nisi ap. *Schilter.*
 quædam Libertatem contrà Imperatorem modo in addend.
 supra* relatò acquisiverint, vel etiam expressè excepta ad l. VI. c. 5.
 fuerint, qualia, docente *Io. Chokier. in tr. de primar.* §. 11.
 precibus, sunt ea, quæ post preces introductas creata * §. 7.
 fuere; nec non hospitalia in studia deputata, beneficia *Sett. 2. p.*
 Laici, & alia quam plura. *Arulsa* 34. sqq.
 autem, vel etiam *Exteris* pleno Jure cessa, easdem

minime admissura, quamvis contrarium de triplici
 Episcopatu Gallo in *Pace Monasteriensi* cesso, citra om-
 nem rationem tamen, notante *Dn. Coccejo*, statuat
Hermes, † cum *Schwedero* * facile credimus; licet illi ne
 quicquam largiendum esse censeamus, quod hanc
 Imperatoris potestatem ad *immediata* tantum loca re-
 stringat; *Experientia* enim docet, illam se tam ad
mediata quam *immediata* loca extendere, quod non
 solum olim *Joach. Willerius* Jctus, & *Camera* Impe-
 rialis Assessor in *Consilio* quodam juridico, quod apud
Schwanmannum legitur, comprobavit; sed & *Instru-*
mentum Pacis expresse sententiam hancce firmavit,
 disponendo tam circa beneficia *immediata* quam
mediata per preces primarias ab Imperatore confe-
 renda; verba ejus hæc sunt: *In quibuscunque etiam*
fundationibus MEDIATIS anno 1624. d. 1. Jan. *Sacra*
Cas. Maj. primarias preces exertuit, exercent eas & in po-
sterum, ad modum circa bona IMMEDIATA, superius ex-
plicatum. Utrum vero in illis Episcopatibus, Collegiis,
ac Monasteriis, quæ ad Sacra Protestantium transie-
runt, Imperatori nihilominus Jus hoc integrum re-
servatum fuerit, olim quidem non sine gravi animo-
rum Contentione, inter utriusque Religionis Con-
fortes disceptatum apud Linnaum, Fritzschiium, Schwede-
derum legimus. *Hodie hæc Controversia Affirmative*
decisa est per Instrumentum Pacis, † modo Imperator
d. 1. Januar. anni 1624. (qui terminus in materiis reli-
gionem concernentibus, solennis est, ac semel gene-
raliter in d. art. V. §. 2. positus, in singulis capitibus
deinderepetitus & adjectus censetur, nisi contrarium
conceptis verbis sancitum inveniatur; Unde etiam,
 quam-

§. 98.
 Jur. Publ.
 prud. c. 22.
 §. 7. † Fascic.
 Jur. Publ.
 c. 19. §. 31.
 * d. c. 5. §. 18.
 d. §. 18.
 Dec. Ca-
 mer. 8.
 Art. V. §. 20
 §. 18.
 Tom. I. L. 2.
 s. 9. n. 7. § 99.
 dl. c. 4.
 dl. §. 17.
 † Art. V. §.
 18.

quamvis in *d. Art. V. §. 18.* ubi de bonis immediatis sermo est, solennis hujus termini nulla expressa mentio fiat, ille tamen nihilominus subintelligendus, neque ideo cum *Textore & Buckischo* laxior Potestas *d. t. 11. n. 254.* Cæsari in immediatis quàm in mediatis adscribenda erit, uti *arg. §. 2. & 26. d. art. V.* rectissimè docet *art. V. §. 26. Per Ill. Dn. de Rbetz,* in eruditissima *Dissertatione de Obs. 49. Jure Statuum Imperii circa Sacra*) preces primarias *c. 4. n. 22. p. m. 84.* exercuerit, & casu existente *Idoneum* præsentet, h. e. in *Episcopatibus Augustanæ Religionis*, eidem Religioni addictum; in mixtis vero illi *Religionis Confortem*, qualem ille, qui beneficium vacans possederat, securus fuerat. Occasionem huic dispositioni dedisse videtur factum *Rudolfi II.* qui *Capitulo Magdeburgensi*, Protestantium sacris mere addicto, *Ernestum*, Electorem *Colonix*, vi primariarum precum, præsentaverat; quem, cum recipere tenerentur *Capitulares*, adigebant tamen, ut jurato prius promitteret: *Se contra Capituli Statuta & Exercitium Religionis Augustanæ ne quicquam moliturum, nec ullum mutandæ Religionis Jus sibi arrogaturum, neq; a Pontifice vel Imperatore Juramenti hujus relaxationem petiturum &c.* quemadmodum hæc refert *Limnaus. d. l. n. 15.* Cæterum, quo eo accuratius pateat quomodo Imperator in *Ecclesiis Evangelicis* precistam quoque iisdem *Sacris* addictum ad consequendum beneficium primo vacaturum, præsentare soleat integrum aliquod *Diploma*, ab *Ern. Ludov. Cortrejo* in *Lectiõibus suis de Gratia Expectativa, ad c. 7. de Concess. Prabend. in 6.* productum huc quoque repetere haut inutile judicamus. Tenor autem illius, quod *Gloriosissi-*

fiffimus Romano Germanicus Imperator *Leopoldus*,
 anno 1661. *Sigismundo Adamo Schrimpfio ad Ecclefiarum*
Collegiatam Petri & Pauli Magdeburgensem, conces-
 fit, talis est: LEOPOLDUS, divina favente clemen-
 tia, electo Romanorum Imperator semper Augustus
 ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croa-
 tiæ, Sclavoniæ, Rex, Archidux Austriæ, Dux Bur-
 gundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lu-
 cemburgiæ, Würtembergæ, Superioris & Inferioris
 Silesiæ &c. Princeps Sueviæ, Marchio Sacr. Roma-
 ni Imperii, Burgoviæ, Moraviæ, Superioris & Infe-
 rioris Lufatiæ, Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferretis,
 Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alfatæ, Doming
 Marchiæ Slavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum.
 Honorabilibus, devotis, nobis dilectis, *Præposito, Deca-*
no, & Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ PETRI & PAU-
LI MAGDEBURGENSI, Gratiam Nostram Cæsa-
 ream & omne bonum. Etsi nos ad Romani Imperii
 Fastigium eVectos, titulisque Augusti & Diademate
 Regio decoratos, summâ semper ope niti decet, o-
 mnia S. Roman. Imperii intemerata *jura & consuetu-*
dines laudabiles conservare: par est tamen, ut hoc di-
 ligentiori studio præstemus, si quando integritate
 vitæ & morum probitate, aliisque virtutibus insigni-
 tos meritis beneficiis & dignis honoribus adficien-
 dos arbitramur, siquidem Imperatorum Regumq;
 sublimitas & magnitudo nullo expressius officio
 DEI Opt. Maxim. similitudinem referre potest, quam
 si pluribus benefecerit; Quare quum Nobis, ad
 Prædecessorum nostrorum imitationem, *ex invete-*
nata consuetudine, jus competat preces primarias ad Om-
 nes

omnes & singulos *Beneficiorum Ecclesiasticorum Collatores & Collatrices Capitula, Conventus & Collegia, ac personas alias* de illis quocunq; modo disponendi jus habentes, *per uniuersum Romanum Imperium*, constitutas, porrigendi, dandi, concedendi, & decernendi pro personis idoneis, & nobis gratis, ad consequenda Beneficia Ecclesiastica, cum cura & sine cura tam Secularia, quam Regularia, etiamsi *Canonicatus & Præbenda, dignitates, personatus, administrationes vel officia fuerint*, in Collegiata, Cathedrali vel Metropolitana Ecclesia, etiamsi ad ea conſueverint, qui per electionem assumi ad Collatorum, Collatricum, Capitulorum, Collegiorum sive Conuentuum, ac personarum prædictarum collationem, provisionem, electionem, nominationem, præsentationem, seu quamlibet aliam ordinationem, conjunctim vel diuim spectantia (*Canonicatu nihilominus & Præbenda cum dignitate, personatu, administratione vel officio, etiam ex persona plurium successive vacantibus, pro uno computatis beneficio*) idcirco *Romani Imperii jura vel consuetudines* (ut tenemur) prosequi & Prædecessorum vestigiis inhærere uolentes *primarias preces nostras, pro devoto, Nobis dilecto, Sigismundo Adamo Schrimpf, ad vos porreximus, dedimus, concessimus & decreuimus*: Ita tamen, quod Nobis & Heredibus ac Successoribus nostris, Archiducibus Austriæ, nullum unquam per hoc in iuribus, privilegiis, exemptionibus & collationibus nostris generetur præjudiciũ, ac *ut Catholicorum numerus, qui fuit prima Januarii, Anno millesimo, sexcentesimo, vigesimo quarto saluus maneat. Vos adhortantes, & pro conseruatione iurium, & consuetudinum Rom. Imperii expresse requirentes, ut Beneficium Ecclesiasticum, tam Re-*

gulare, quam Seculare, cum cura vel sine cura, etiam si Canonicatus & Præbenda, dignitas, personatus, administratio, vel officium fuerit, *etiam si ad illud consueverint, qui per electionem adsumi, in Metropolitana Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia, quod ad presens, sive proxime quomodolibet simul, vel successive in quocunque mense, per obitum, decessum, vel resignationem alicujus Augustanae Confessioni addicti vacare contigerit, ad collationem, provisionem, electionem, nominationem, presentationem, ordinationem, sive quamlibet aliam dispositionem vestram pertinens, Canonicatu, ut præfertur, & præbenda, cum dignitate, personatu, administratione vel officio, etiam si ex persona plurium successive vacaverint, pro uno computatis Beneficio, quod præfatus SIGISMUNDUS ADAMUS SCHRIMPF per se vel procuratorem suum, infra mensem, a die nota sibi vacationis, duxerit acceptandum, eundem SIGISMUNDUM ADAMUM SCHRIMPF, prout ad vos spectat, ad illud eligatis, nominetis, præsentetis, ac ei illud conferatis & assignetis, atque etiam de eo provideatis, ponendo eum in *pacifica atque quietâ possessione*, stallum in Choro & locum in Capitulo ei assignando, cum plenitudine Juris Canonici & fructuum perceptione, *qualibet contradictione cessante.* Quo vero hæc Preces Nostræ Primariæ certiores consequantur effectum, nominamus & deputamus tenore præsentium, Reverendis. & Sereniss. N. Archiepiscopum Coloniensem S. Romani Imperii, per Italiam Archi-Cancellarium, Principem Electorem & Confobrinum Nostrum Charissimum, tanquam Episcopum Hildesiensem, & Venerabilem Nostrum Episcopo-*

scopum Monasteriensem, Principem devotum, nobis dilectum, & quemlibet eorum in solidum, qui præsentibus nostris litteris requisitus fuerit, *harum Primariarum Precum Nostrarum Exequutores*, eisdem per præsentem expressè committentes & mandantes, ut si forte in contemptum & præjudicium jurium & consuetudinum Rom. Imperii ad parendum hujusmodi Primariis Precibus Nostris, *contumaces & rebelles fueritis*, tanquam Exequutores à nobis deputati, sub pœna gravis indignationis Nostræ, *quilibet eorum vos realiter, & cum effectu ad parendum, juxta Constitutiones Imperii, moneat & compellat: Contumacia vero vestra aut contemptu (quod absit) per mensem continuum à die requisitionis numerandum, durante, vos omnibus & singulis privilegiis, gratiis, libertatibus & donationibus à Romanorum Imperatoribus, & Regibus, ac Nobis & aliis Prædecessoribus nostris vobis concessis, noveritis, eo ipso privatos & nostra tuitione exutos, quæ & quas ex nunc, prout a die contumaciæ vestræ tenore præsentium, revocamus, cassamus & irrita esse volumus, & vos taliter contumaces & rebelles à Beneficiis Majestatis Nostræ reddimus alienos, prout etiam ex nunc, prout ex tunc privamus, & à protectione nostra excludimus. Harum testimonio litterarum, manu nostra subscriptarum & Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Civitate Nostra Vienna, die decima sexta mensis Februarii, Anno Domini millesimo, sexcentesimo, sexagesimo primo, Regnorum Nostrorum, *Romani tertio, Hungarici, sexto, Bohemici vero quinto.* &c. An autem *vi primariarum precum* etiam Beneficia majora, dignitatem an-*

ne-

d. l. c. 1. n. 6. *d. c. 5. §. 14.* *ap. Goldast. tom. 1. Const. Imp. p. 375.* *ad 7. P. art. 7. §. 18. O. 24.*

nexam habentia, *Episcopatus* puto, conferre valeat? uti *Fritzschius*, & qui illum perpetuo sequitur, *Schurverus* volunt, illi quidem non invidemus, nobis tamen *verosimile* vix videri potest, cum hoc modo, si non totum, ex magna tamen parte reciperet Jus constituendi Episcopos, Papæ tam solenniter cessum. Neque verba Diplomatis à *Wenceslao* dati, quo illi se fundant, hoc evincere videntur, cum simpliciter dicant: Imperatorem preces suas ad *quascunque* personas Ecclesiasticas, etiamsi Pontificali vel alia præfulgeant dignitate, porrigere posse &c. h. e. Etiam *Episcopos* ad recipiendos Precistas Imperiales teneri. Imperator enim, uti *Dn. à Buckisb* bene differit, vigore harum primariarum precum facultatem habet personas idoneas nominandi (quod tamen cum effectu collationis necessariæ accipi debet) quibusvis *Collatoribus seu Collatricibus, quacunque dignitate præfulgeant*, ad quæcunq; Beneficia Ecclesiastica per S. R. Imperium ubilibet existentia, sive in Ecclesiis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, Collegiatis & aliis quibusvis Ecclesiis, sive beneficia sint cum cura, sive sine cura, Minora, Majora, (h. e. uti in *Concordatis Nationis Germanica* exprimitur: *Dignitates post Pontificales Majores annexas habentia*) sive Electiva & Secularia, sive Regularia, etiam Aug. Confessione addictorum & Reformatorum. (qui secundum *7. P. art. VII.* sub iis comprehenduntur.)

§. 10. Ex adducto autem *Wenceslai* Diplomate insuper addiscimus, Imperatorem Jus primariarum precum etiam *per alium* exercere posse. Concedit enim ibi Rex *Ruperto* Electori Palatino, Jus hoc per

Dia-

Diocesim Spirensis & Wormatiensem exercendura. Neq; obstant, quæ de Juribus Majestaticis, illa scilicet inseparabilia esse, nec abdicari posse, nonnulli objiciunt. Non enim *separatur* Jus hoc à Majestate, ac in alium penitus transfertur; sed *conceditur* tantum illi *Exercitium* Juris, quod nihilominus in summo *Imperante* adhuc *radicatum* manet. Eadem plane ex ratione Imperator quoque *Conjugi* suæ *Exercitium* primariarum precum, in Conventibus, quos mulieres constituunt, permittere valet; nam illas in hisce quoque locis Imperatori competere, & ex eja persona æstimandas esse, dubio caret. Cum autem semel tantum per totum Regni sui tempus in unoquoque loco Jus hoc exerceri debeat; quæri possit: Numne, si post fata *Prioris Conjugis*, quæ *Jure hoc usa* fuerat, ad secunda transeat vota, *posteriori* quoque *Conjugi* exercitium ejusdem juris. de novo iterum *concedere* valeat Imperator? Verum cum hanc quæstionem nullibi tractatam invenerimus, illam quoq;, donec praxis certius aliquid docuerit, indecisam relinquere, quam hallucinari malumus.

§. II. Licebit autem Imperatori tam primo, quam in sequentibus Regni sui annis, preces suas ad beneficium obtinendum impertiri, cum certum tempus, intra quod hoc faciendum, determinatum nullibi extet, & à Carolo IV., qui anno 1346. Imperium adeptus, anno 1348. & 1350. preces primarias concessit, idem observatum fuisse in Diplomatis ab eo desuper datis ap. *Dn. Schilt- d. tr. in ad- rum & Freherum* legamus. Idem quoq; Diploma Leopoldinum ab Imperatore ao. 1658 jam electo demum ao. 1661. datum, luculenter docet. Quod si tamen de beneficio jam vacante alicui prospicere velit, illud *intra mensem*, à die, qua illi beneficium vacare innotuit, fieri,

Mantiff. 2. & *Litera* quoque Imperatoriæ intra idem tempus Capitulo *insinuari* debent, veluti ex scripto quodam à *Fritzschio* Differtationi suæ de *primariis precibus* adjecto discimus. Imò, in *Genere* quoque omnis *Precista* intra *mensuruum tempus à die notitia*, beneficium aliquod vacare, animum suum, Numne beneficium hocce vacans acceptare velit nec ne, declarare, & hunc terminum *strictè observare* debet, uti ex *Cbockierio* docet *Dn. Mulzius*. Idemque propo-
d. l. Sect. 4. bant verba: *Quod sc. beneficium vacans, prafatus S. A. S. Repres. Imp per se vel procuratorem suum, infrà Mensẽm, à die Nota si-*
p. 67. *P. II. c. 33. hi Vacationis, duxerit acceptandum & c.* in Diplomate *Leo-*
n. 240. *poldino, paulo superius relato, exstantia.* Ubi tamen
d. tit. 11. *Dn. Textor* haut incongrue asserit, *Exceptionem justa cau-*
n. 232. *sa, si sc. precista, e. g. Absens sit, vel Vacationem ipsam* aut etiam *Vacantis beneficii Conditionem & Reditus,* aut similia ignoret, *etiam post Mensẽm* admittendam esse. Sin autem *Precista* justo negligentior tempus illud *ob-*
ap. Fritzsch. *servare negligat,* ille quidem *excluditur,* *Juri* tamen *Im-*
d. mant. 2. *peratoris* negligentia ejus, quo minus alium deinde no-
add. Schwed *minare* queat *non magis nocebit,* quam si intra mensẽm
d. c. 5. §. 20. *huncce fatalem Precista mortuus fuisset,* sicuti ipse *Im-*
perator Matthias, in Literis ad *Episcopum Spirensẽm* datis, profite tur. *Quod si vero Imperator, antequam Pre-*
istista literas Imperatorias *Capitulo presentaverit moria-*
tur, tunc quidem omne *jus,* quod ille assecutus fuerat, *hactenus expirat,* quia *Mors Imperium & omnia Jura* solvit; unde nulla *precum* executio fieri poterit, *nisi a* *successore* nova gratia ejusmodi *Precistæ* facta fuerit. Nam quod vulgo dicitur: *Imperatore* quamvis *mortuo* *Preces* tamen ab ipso impetratas *effectum sortiri;* debere de eo casu, monente *Dn. Textore,* accipiendum, quando *Imperatore* adhuc *viuo* *Litera* fuerunt *presentata,* *vacatio-*
ne

l. t. 11. n.
34. sqq.

ne vel collatione beneficii post mortem ejus contingente; iniquum enim foret, si precista Jus suum firmum, per præsentationem literarum Imperatoriarum jam quæsitum, ex sola morte Imperatoris subsequente amittere deberet. Cum vero *Menses* totius anni per *Concordata Nationis Germanicæ* in *Extraordinarios & Ordinarios* inter *Pontificem & Capitula* divisi fuerint, illique *Januarius* scilicet, *Martius*, & ita alternative progrediendo reliqui, *ad Papam*; *bi* verò, nempe *Februarius*, *Aprilis*, & ita alternative quoque sequentes, Potestatem beneficia, quæ hoc tempore vacare contingit, conferendi, ad *Capitula* devolvant, dubitatum fuit: *Num in omnibus* hisce, tam *Extraordinariis* quam *Ordinariis Mensibus*, Jus primariorum precum locum inveniat? *Confundit* hanc quæstionem *Fritzschius*, & qui cumeo perpetuo fe-
dl. c. 5. n. 10.
d. c. 5. §. 19.
 re errat *Schwederus*, qui male *Ordinarios*, quos in *super*, à
Februario incipientes, recensent, *Pontifici*, *Extraordinarios* vero *Imperatori* tribuunt, cum hos potius, uti jam dictum, *Papa* sibi vindicaverit, illi vero *Capitulis*, neutiquam vero *Imperatori*, reservati fuerint. Quod autem in *Ordinariis mensibus* *Cæsari* hocce liceat, *negavit* aliquando *Capitulum Spirense*, *ficulnea* quamvis ra-
ap. Fritzsch.
mantiss. 2.
 tionem suffultum. *Causabatur* enim, *Imperatorem* jus
 hoc *Concessioni Pontificiæ* debere, itaque & illum in iis solum mensibus, qui *Pontifici* proprii, *Extraordinarios* puto, illud exercere valere, cum ipse *Pontifex* in mensibus *ordinariis* nullum beneficium, propter expressam dispositionem *Concordatorum Germanicorum*, conferre
§. 3.
 queat. Verum, tam levia hæc sunt, ut refutatione haut indigeant; indistincte enim cum *Dn. Textore* *Af-*
d. tit. 11. v.
199. § 29.
firmanda est quæstio. Siquidem, cum Jus hocce *Impe-*
ratoribus jam *olim*, priusquam *Concordata Germaniæ*,

v. *Conving.*
de Constit.
Episcop.
German.
ib. 84. p. m.
 472.

v. l. 9. §. 1.
 π. de Trans-
 act.

Arg. l. 21.
 de S. P. II.

a) d. l. c. 1.
 n. 3.
 b) de Obser-
 vant. Imp.
 §. 24. & ad
 Monzamb.
 c. 5. §. 27.
 p. 182.
 c) de Libert.
 Eccl. Germ.
 h. 8. c. 5.
 §. 11.

quæ differentiam illam mensium pepererunt, obftri-
 cante potissimum *Aenea Silvio*, Lucem aspexerint, *Vi*
Summæ Potestatis, ne utiquam vero ex concessione aliqua
 Pontificis, competierit, in *Concordatis* autem illis ne mi-
 nimum quidem in præjudicium ejus dispositum inve-
 niatur, sed *de tempore* saltém & *Collatione beneficiorum*
 inter *Pontificem & Capitula* dividendis, transigatur, con-
 sequens sane erit, *pactum* hocce *neutiquam* valiturum, ut
ultra terminos, in *Conventione* discrete expressos, vim
 suam exserere, & *Juribus* tertio debitis aliquid detrahe-
 re queat. Omnis enim *Transactio* de his tantum, de
 quibus inter *Convenientes* placuit, interposita creditur.
 Unde illa *Jura*, quibus *non* conceptis verbis *derogatum*
 voluerit transigentes, semper *valida & intacta* manent,
 tacita enim *renuntiatio* ejusmodi *Jurium* minime præ-
 sumitur; Cum & *Expressa* stricti *Juris* sit, & *ultra limites*
 in *transactione* expressos *neutiquam* extendi debeat.

§. 12. Ultimo tandem loco, quod quidem primo fie-
 ri debuisset, dispiciendum restat, *Unde nomen suum* pri-
 maria preces traxerint? *Rationem* appellationis hujus
 à *precibus petentis* desumendam esse putant, a) *Fritzschig*,
 b) *Kulpifius*, c) *Schilterus*, ac in testimonium, partesque
 suas vocant d) *Abbatem Urspergensem*, qui hunc in mo-
 dum de *Ottone IV. Imp.* loquitur: *Habebat autem* fa-
 mulos suos de *Saxonia & Anglia*, (*Erat enim Otto*, uti
 ipse *Abbas* loquitur, ex parte *Patris de Svevia & Saxo-*
 nia, ex parte vero *matris de Anglia*) seu *Clericos*, seu
Laicos, quibus omnia beneficia, quæ contigit vacare,
 studuit conferre. *Fuerat autem Consuetudo Principum*,
 ut *bilariter & prompte* beneficia seu *Ecclesias* confer-
 rent *primit petentibus*, quod iste nequaquam facere

VU-

d) in *Chron. in Ottou. IV. p. 313. ed. Basil. 1569. fol.*

voluit. Concludit inde *Schilterus*: taxare Urspergens-
sem in Ottone, quod *Jure* primariorum precum, velut
antiquo *uti noluerit*, sed *beneficia* ministris tantum suis
non primis petentibus contulerit. Attamen si penitius
verba ista inspiciantur, patebit forsan *Urspergenssem* de
ejusmodi primis precibus, quæ peculiare Imperatoris
Jus constituunt, ne quidem per somnium cogitasse, sed
alia plane de re locutum fuisse. Postquam enim, faten-
te ipso *Dn. Kulpiso*, annotasset, *Ottonem* feuda, quæ Phi-
lippus Imp. ab Ecclesiasticis Principibus habuerat, con-
tra voluntatem eorum retinere voluisse; illumque cœ-
pisse tam ipsos quam Ecclesias opprimere; & ideo à
pauperibus & monachis, & Clericis, tanquam defenso-
rem Justitiæ collaudatum fuisse; subjungit deinde:
Studuisse illum omnia *beneficia Ecclesiastica* quæ vacare
contigit, (ergo non unicum tantū in quā vis Ecclesia uti
per prim. preces fit) *Ministris suis* de Saxonia & Anglia
conferre, cum e contra *anteriores Imperatores* non solū sub
initiū Regni sui, sed in genere quovis tempore pro mo-
habuissent, ut hilariter, quando Curis sepositis ge-
nio indulgebant; & *prompte*, h. e. sine mora, non præ-
missa causæ cognitione, num digni an indigni peterent,
beneficia primis quibuscunq. petentibus, nulla distinctione
gentis & Originis facta conferrent. Addit: *Ottonem* hoc ne-
quaquā *facere voluisse*, sed fidelibus tantū suis e Saxonia &
Anglia beneficia, non vacatura, uti per primarias preces
potissimum fieri solet, sed actualiter vacantia contulisse;
quo scilicet hoc modo eorum fidem sibi magis magis-
que oppignoraret; timebat enim Otto, fatente ipso Ab-
bate, quod Ministeriales spectantes ad Philippum, An-
tecessorem suum, non facile suo subderentur Imperio.
Laudem itaq; potius meretur Otto quod securitati suæ
prospiciens, non nisi bene meritis, & ministris suis, ob

servitia præstita optime notis ac dignissimis, perspectaque prius petentium qualitate, beneficia distribuerit; cum econtra antecedentium Imperatorum facilitas qua beneficia illa promiscue in quoscunque petentes projicere, Imperatoria Majestate non indignum putaverant, censuram mereatur. Et quamvis *Abbas Urspergensis*, inconsultam hanc & promiscuam liberalitatem anteriorum Imperatorum collaudet, Ottonis prudentem circumspeditionem vero in conferendis beneficiis Ecclesiasticis, perstringat; Attamen & illum hoc in loco, more Clericis solenni odio & affectibus indulgere, facile patet, modo observemus, illum Ottonem paulo ante accusasse, quod Principes Ecclesiasticos & Ecclesias opprimere voluerit. Verosimilior itaq; videtur sententia, quæ *Monzambano* etiam & *Schwedero* placuit, scilicet Jus hocce *Precibus*, quas ipse Imperator ad Ecclesiam aut Capitulum, cui sub auspiciis Regni sui personam idoneam ad beneficium primo vacaturum, commendat, *dirigit*, denominationem suam debere. Dicuntur enim *primaria*, h. e. precum primitiæ, quod uni eidemque Imperatori non nisi prima, i. e. una vice exercere in singulis Ecclesiis hoc Jus liceat, & nihil aliud sunt quam *intercessionēs* benemeritis ad beneficium obtinendum concessæ. *Neg;* inde sequitur, Imperatores Jus hoc saltem à Papa & Ecclesiasticis *precario* tenere, quo quidem nomine Clericos exagitat, illisque ingratitude notam objicit *Monzambanus*. *Cleri* quoque *arrogantiæ* denominationem hanc adscribit *Dn. Textor*, ratione addita, quod cum Imperator Episcopos vel Prælatos benigne requisivisset, ut *Precistæ* de beneficio vacante aut vacaturo secundum Concessionem Cæsaream prospicerent, eumque ad Possessionem vel quasi admitterent,

de Stat. Imp.

Germ. c. 5.

§. 27.

d. c. 5. §. 14.

v. Schweder.

d. l.

d. tit. 11.

n. 169.

rent, illi hoc *precibus* a se obtentum interpretarentur. Differunt tamen ab invicem *modus habendi & modus expediendi* seu exercendi. Ita experientia docet, quod *Jus* e.g. *Tributa indicendi*, licet id Imperanti vi summæ potestatis in subjectos competat, in plerisque Rebus publicis per *modum rogationis* expediri soleat; unde etiam fluit, quod notante Wehnero, *Collectæ*, quæ ad petitionem Dominorum olim fiebant, *dic Beede oder Bethe* / h. e. *Beede / gebetene Schagung* / nominarentur; neque alterius *Bethe* naturæ esse videtur *Gratuitum* illud *Donum*, quod Gallici Regni Provinciæ Regi suo statis temporibus offerre necessario tenentur. Mirifice autem deductionem hujus sententiæ juvant, solennes illæ *formula*: *Devotioni vestræ tenore præsentium hujusmodi primarias preces nostras offerimus.* it. *Devotionem vestram requirimus & rogamus attente* &c. *Primarias preces nostras ad vos porrigimus, damus, concedimus & decernimus*, &c. *Preces nostras primarias dirigimus*, in his scriptis *rogantes*, & in Domino vos accuratius exhortantes &c. quibus Imperatores Rudolphus I. Carolus IV. Ferdinandus II. & Elector Moguntinus Gerlacus; in Diplomatis illis, quorum mentionum supra injecimus, frequenter usi fuere. *Civiliter* tamen accipiendæ sunt *preces* hæc, cum Imperantium *preces jussa* potius vel *mandata* esse soleant, notum enim est illud: *Cogit rogando*, qui rogat potentior. Imprimis si, notante Ill. Dn. Strykio, *Potentior jussa rogat*; tunc enim *preces & præcepta sæpius* conjunguntur. Quapropter cum primariis hisce *precibus*, illi, ad quos diriguntur, obsequi necessū habeant, rectius forsân: *Mandata verbis rogantibus concepta*, sive, uti *Textori* placet: *mandata de providendo, civilibus verbis expressa*, dici merebuntur. Unde & Carolus IV. in dicto

Obs. Pr. 7.

Beede /

Bethe ic. 1

v. Schweder.

d. §. 14.

de J. Papali

§. 6. 4. §. 3.

d. tit. 11.

n. 195.

dicto diplomate statim addit: vobisque nihilominus per Regalia Sceptra *mandantes &c.* & Gerlacus Moguntin9, refragantibus *Ecclesiasticam minatur Censuram.* *Aliam non elegantem minus quam eruditam appellationis hujus rationem investigare allaboravit Hermannus Con-*
singius, adducto in hanc rem ex *Wilbelmi Hede Historia Episcoporum Ultrajeectenſium*, quæ cum notis *Arnoldi Buchelii* prodiit, Diplomate Henrici VI. Imperatoris, ad Ecclesiam Ultrajectinam, dato, ex quo concludit: *Com-*
petuisse olim Caesaribus, nullo quidem beneficio Papali, in plerisque Ecclesiis *præbendam primam*, ita tamen, ut *ususfructus* cesserit *duobus Sacerdotibus*, à *Caesaribus* ipsis *constitutis*, ad *preces* pro Regibus ac Imperatoribus, *pre-*
que tranquillitate ac pace Regni, fundendas. Jam cum illa *Caesaris præbenda primaria* fuerit, illaque consecrata *Precibus*, dictum inde fuisse, *competere Caesaribus in Eccle-*
ſiis Jus primariarum precum. Num autem Eruditissimus ac Celeberrimus Vir scopum accuratius quam alii attigerit, B. L. perpendendum relinquimus. Verisimilem sententiam illam esse negat *D. Gerb. Gottl. Titius*, in *Specimine Juris Publ. Rom. Germ.* aliamq; profert ad veritatem indagandam quidem maxime accommodam, ulterioris tamen meditationis adhuc indigam. Dicit enim, *Jus hoc juxta rei veritatem* dubio procul *ex imperio Civili*; sed *juxta Sententiam Pontificiam* eique succenturia tam superstitionem, ex *Privilegio Pontificis*, originem habere; *Concessionum* enim vel *Confirmationum Papalium diplomata* in dubium vocanda non esse; quod illa veritatem non mutant, sed malitiam Pontificis saltem ostendant. *Errorem autem hunc & superstitionem, Jus hocce Majestaticum ex Privilegio Pontificis dependere, potuisse facile Occasionem primariarum Precum*

ad Bull. Innoc. X. c. 9. p. m. 311. 199.

L. IV. c. 3. §. 29. 30. §. 26. 27. 33. 34.

No-

nomini præbere. Eodem etiam ex fonte manare, quod ipsi Imperatores in Diplomatum suis modo per *regalia sceptrum* mandare, modo *virtutem primariorum precum* loqui videamus, illos enim & hoc ipso partim *rei veritatem*, partim *superstitionum errorem* sequi, manifestum esse. Verum hæc omnia penitentiorem indagatiōem, & ulteriorem meditationē requirere, monitum jam fuit, hæcenus enim sufficienti adhuc probatione indigere videntur. Unicum addo. Notum est antiquis temporibus *Casaribus Germanicis* singulare aliquod *Jus in decedentium majorum prælatorum relictis possessionibus* competiisse, illosque horum bona mobilia quæ *manus mortuas & spolia prælatorum* dicere solebant, imperatorio fisco vindicasse. *Pontifices*, post investituram *Episcoporum Imperatoribus* ereptam, omnem certe lapidem moverunt, donec hoc etiam Jus quod *Fridericus I. minimam scintillam Juris circa sacra* appellat, iis extorquerent. *Renunciarunt* autem illi *Otto IV.* & majori solennitate *Fridericus II. Imp.* post cujus fata *Interregnum* illud perniciosum, huic autem *Rudolphus I.* successit. Accuratori inde disquisitione forsitan dignum esset: Numne *Imperatores, in Compensationem Juris illius in spoliis prælatorum* competentis, solenniter abdicati, *Jus primariorum precum a Pontifice*, per modum transactionis, ad exemplum *Concordati illius de anno 1122. institutæ*, acceperint? Probabilitatem Conjectura hæc exinde lucrari videtur, quod hæcenus *nulla diplomata* super primariis precibus interposita, *Interregno illo antiquiora*, in medium proferri potuerint; unde præsumptio nascitur, ipsum quoque *Jus primariorum precum temporibus*

illis originem suam debere : nec obstat quod Rudolphus. I. in literis suis ad antiquam Consuetudinem subinde provocaverit; Ut enim taceam , Spatium illud a tempore renuntiationis Spoliorum a Friderico II. factæ , usque ad Rudolphum. I. ad introducendam Consuetudinem maxime sufficere. Certe cum forsitan turbulentis illis temporibus Diploma istud pontificium uti facili negotio fieri potuit, amissum fuisset , Rudolphus vero Jure illo , de quo sibi quidem constabat , uti veller, instrumento tamen ad probandum illud destitueretur; necessitas sane illi imposita fuit fundandi se in possessione & exercitio istius juris, consequenter, ad inveteratam Consuetudinem ac observantiam quoque provocandi. Accedit, quod forsitan & eo tempore Majestate Imperatoria indignum crediderint privilegiū aliquod pontificium allegare in exercendo Jure, cujus exiguitas Cæsaribus imo omnibus Imperii proceribus memoriam amissi Juris circa sacra & male administratæ Reipublicæ refricare potis erat.

POSITIO V.

Mulier Saxonica bona sua Utenfilia seu Geradam, inter vivos , per quoslibet Contractus; mortis vero causa per quamlibet ultimam Voluntatem , alienare valet; modopriori casu Curator auctoritatem suam præsens interponat, poste-

steriori vero Consensus proximæ Cognatæ accedat.

- I. Curator præfens autoritatem suam interponat.
- II. Proxima Cognata cur consentire debeat.

§. I.

DE veritate equidem juridica positionis hujus, nullum facile dubium oriri poterit. Duo tamen potissimum *observanda* veniunt, quorum *primum* est, quod de Jure Saxon. *Autoritas a Curatore presenti* interponi debeat. Cum enim per *expressam Sereniss. P. II. Const.* Electoris Saxon. *Constitutionem*, *autoritas Curatoris,* 15. ad Contractus a mulieribus ineundos, pro forma & substantiali solennitate requiratur; jam vero notissimi Juris sit: *Autoritatem a Tutore vel Curatore sta-* *per text. ex-* *tim in ipso negotio a presenti* interponendam; *post Press. §. 2. J.* *tempus vero vel per Epistolam interpositam nullius mo-* *de Aut. Tut.* *menti esse;* sequitur sane, *alienationi Gerada,* *per Con-* *tractum inter vivos expediendæ,* *Curatoris quoque* *l. 9. §. 5.* *ff. eod.* *presentis autoritatem statim accedere debere.* *Statim* *autem hic non stricte,* *sed cum temperamento* aliquo temporis exemplo *l. 1. in fin. l. 105. ff. de Solution.* accipiendum, ita ut non *in puncto,* sed in *latitudine* aliqua consistere debeat; Inde est quod *dicitur:* autoritatem *In l. 25. §. 4.* Tutoris etiam *perfecto negotio* accedere posse, dum- *d. A. vel A.* modo non tempus nimis longum intercedat; *comita-* *H. add. Go-* *dofred. ibi.* *ri enim negotium,* non *antecedere* neque *sequi* debet. *lit. y. & ad* *l. 9. §. 5. ff.* *de Aut. Tut.* *lit. g.* Hanc itaque ob causam, *nullam declararunt Venditio-* *nem Gerada* ab U. B. marito suo J. W. L. B. a R. coram notario & testibus d. 17. Sept. 1659. *absente Curatore* factam, *Facultas Juridica & Scabini Lipsienses,* desuper

quæſiti d. 3. Julii 1682. Licet enim *Curator C. R. L. B.* à *C. per Literas* d. 12. Martii. ao. 1659. datas *Notarium*, ut *Venditioni* huic interesset, *rogasset*, & ita consensum suum expressè satis declarasset, attamen respondit *Facultas*: Demnach aber dero *Curator* persönlich nicht gegenwärtig gewesen / noch seinet halben hierzu jemanden bevollmächtiget / und dīffals seine Einwilligung und *Wollworth* in ipso actu hujus *Contractus* keines Weges interpretiret / in gleichen bes. Schreiben ein halb Jahr vor den streitigen *Kauff-Contract* vorher gegangen; Hingegen vermöge *Sächs. Rechte* ein *Eheweib* / ohne beysein und *Consens* ihres hierzu absonderlich bestätigten *Vormundens* / ihre *Gerade Stücken* an ihren *Ehemann* beständiger Weise nicht veräußern mag / so ist auch oft ged. *Verkauffung* der *Gerade* zu recht unkräftig. *z. N. N. W.*

§. 2. *Alterum quod notari meretur est: Cur ad alienationem Geradæ per ultimam voluntatem proximæ Cognatæ Consensus* requiratur? *Rationem quidam reddunt*, quod scilicet *Gerada proximæ Cognatæ*, non *Jure hereditario*, ut heredi, sed potius *familia ratione & Jure Cognationis*, ex speciali *Juris Saxon. privilegio*, deferatur; & hanc *verissimam* dicit *Andr. Goldbeck*, illamque *amplectitur Carpzovius*, qui tamen *adjicit*, eandem non ab omnibus approbari, sed alios alias afferre, & in iis deducendis anxie laborare, uti etiam pro parte ap. *Goldbeccium* videri potest. *Genuina* itaq; *ratio ex antiquitate Juris Saxonici* potissimum eruenda erit. *Olim enim mulieres bona sua Utensilia nullo plane modo alienare potuisse*, testatur *glossa* in verb. *Ihr solt auch wissen* / daß kein *Weib* ihre *Gerade* vergeben mag / ohne der rechten *Gespinn* willen / weder ihren *Mann* / noch *Niermands* / noch auch keiner ihrer *Nifftel*. Denn es ist noch heiff keine *Gerade* / die weil der *Mann* lebet / oder sie selbst /
und

Mod. Pif.
p. 1. qu. 14.
Dan. Moll.
l. 1. Semest.
c. 11.
de J. Gerad.
c. 7. m. 2. n.
84.
P. II. C. 14.
d. 1.
d. l. n. 76.

ad Lehnr.
c. 57. n. 10.

und darumb so mag sie es auch niemand zu Schaden vergeben. Et elegantissimo casu Jus, Cognatae priscis temporibus competens, illustrat *alia glossa* quae omnino videnda. scilicet: *Mulier agrotans & Geradam suā proximā Cognatae invidens* ad Weich:
bild. art. 23.
n. 32. *mariti consensum ad illius alienationem exorat. Consentiente marito, in praesentia testium ad hoc in specie requisitorum, & grota Geradam sine praesentia proximae cognatae, ad pias Causas pure donat statimque tradit, per verb. text: die Frau geb also die Gerade weg / mit der Hand einem durch Gott (h.e. zu ihrer Seelen Heil / uti alibi dicitur; ejusmodi enim bonis, ad proximam cognatam de jure spectantibus sed ex odio erga illam interverfis, animae suae beatitudinem aeternam mercari intendit) und der trüge sie hinweg. Muliere paulo post defuncta proxima cognata Geradam utpote ad se summo jure devolutam, a marito petit. Ille opponit Donationem ab Uxore ad pias causas factam. Repliat cognata; hoc in praedictum inficiat & invitae ne utiquam fieri potuisse; & urget in primis, maritum ipsum ob consensum a praesente interpositum, eo nomine condemnandum esse. Sequitur Sententia: Exceptionem a marito oppositam invalidam pronuncians; posterius autem membrum adhibita distinctione quadri partita sequentem in modum definiens: Maritus enim vel. I. tanquam legitimus Uxoris Curator [verb: text: Ein jeglich Mann / des Weib in Krankheit oder Siech: Tage begriffen wird / der soll ihr getreu vorstehen / und soll sie haben in seiner Hut / und in seiner Vormundschaft (c.) autoritatem suam & Consensum praesens interposuit, & tunc damnum proximae cognatae inde ortum ipse resarcire tenetur, neque Exceptio, se Jus proximae cognatae in rebus geradicis competens ignorasse, illum tueri poterit; scire enim istud debuisse, per verba text: Wo ein Mann einem Ampt vorstehen soll / der Schad gehet auf ihn als der des Ampts Vorsteher ist / denn er soll solchen Schaden bewahren / wenn er gegenwertig ist / und darumb muß er für solchen Schaden antworten. vel. II. donatio absente & ignorante marito peracta fuit, & tunc, si hoc probaverit, absolviatur, Cognata vero a Donatario*

Geradam vindicare potest, per verba text: So fordere denn t
 Frawe solche Gerade wieder / von dem sie gegeben ist / ob sie will.
 vel III. *Maritus permisit donationem se praesente fieri, invitus*
tamen & repugnans, proxima autem cognata nihil de eo indicavit,
 & hoc quoque casu ad resarciendum damnum tenetur, per
 verba text: Demnach so muß er antworten / daß ist / durch der
 Vormundschaft willen / denn wo solche übergab geschehen soll /
 da sollen die gegenwärtig seyn / an die das Gut fallen möcht / o
 der sterben / und es taug anders nicht. Quod si tamen IV. *Ma-*
ritus uxorem edocuerit Geradam sine Consensu proxima Cognat-
ta alenari non posse, daß sie ohne der Nächsten Mittel willen
 nichts vergeben möge: eoque non obstante, *Uxor donatio-*
nem citra illius Consensum peregerit, tunc quidem minime te-
nebitur, quamvis proximam cognatam de eo certiore non
 reddiderit, ratio additur: denn wer eines Dinges darff der
 wartet billig selbst darauff. *Pristini autem juris hujus, Co-*
gnata competentis, ratio fuisse videtur, quod cum il-
lud, utpote a Lege datum, plenissime quoque accipiendum &
effectum ejus ad omnes omnino actus porrigendum existi-
maverint, precavendum quoque æquum duxerint, ne per alio-
rum facta hocce proxima cognata invitæ interverteretur
 Gerada enim, doctentibus Doctoribus paulo superius alle-
 gatis, non defertur Cognata Jure hæreditario; ut he-
 redi, sed potius familiae ratione & jure Cognationis
 arctioris, *ex speciali Juris Saxonici privilegio.* Verum
 cum hoc modo libertas mulierum nimium coarcta-
 retur, *Doctores Juris Saxon.* glossam hanc tantum de aliena-
 tione in testamento faciendam, intelligendam esse, docere cœpe-
 runt; quam etiam *interpretationem* longa fori consuetudine
 corroboratam, tandem *approbavit Sereniss. Saxon. Legislator;*
 & per verb: Durch Testament oder letzten Willen / kan die Ge-
 rade der Mittel zum Nachtheil nicht verändert werden *ic. om-*
niem alienationis prohibitionem ad ultimas voluntates re-
strinxit, ita ut in hisce solummodo pristinus Legis favor re-
 spectu

v. Dan.
 Moll. ad p.
 2. Const. 14.
 pr.
 P. II. Const.
 14.

spectu proximæ cognatæ adhuc vigeat; cui tamen illa, uti o-
lim, ita & hodie, utpote Juri pro se introducto *renunciare*
maxime valet, Et hinc est, quod *Carpzovius* concludat: *Te-P. II. C. 14.*
stamentum de Gerada factum valere, si proxima Cognatæ testatæ d. 2.
consenserit. Aliud tamen est, *per testamentum alienare, aliud*
in testamento. Illud quidem respectu Geradæ licitum non
est, ob expressam legis dispositionem; significat enim, *in ca-*
sum mortis alicui certam quantitatem bonorum tribuere vel-
le, ita, ut hac demum subsecuta, Jus in quantitate legata
Legatarius habere incipiat; quod, cum mulieres propensio-
res esse credantur, ad rem, cujus nullus amplius post mor-
tem usus illis superesse potest, in fraudem proximæ cognatæ
projiiciendam, quam si inter vivos eadem ad alium transfe-
renda foret, merito adhuc *interdictum* mansit. *In testamento*
autem alienatio fieri dicitur, si *Contracto* inter vivos initus vel
in *testamento repetatur*, vel etiam eidem *probationis causa* insera-
tur, & tunc quidem ejusmodi contractus *non vi testamenti*, sed
propria ex virtute valebit, ita quidem, ut, licet testamentum
irritum reddatur, nihilominus, docente *Carpzovio* cum *Do-P. II. c. 14. A.*
ctoribus allegatis, subsistat; qui etiam recte definit: *Venditio-* 2. n. 7.
nem Geradæ in Testamento quoque fieri, & pretium inde
reductum Emptori in illo ipso iterum legari,
posse.

F I N I S.

COROLLARIA.

I.

Ius Gentium universale, est Jus divinum, Officia Gen-
tium qua talium inter se dirigens. Cuiq; a Jure Na-
turæ formaliter non differat, eodem quoq; ac illud fun-
damento nititur.

- v. *Hobbes. de Cive. c. 14. §. 4. Puf. de J. N. & G. l. 2. c. 3.*
§. 23. Thomas. Jpr. div. l. 1. c. 2. §. 104. seqq.

II. Rex

II.

Rex, qui Regnum non patrimoniale alienare intendit amittit eo ipso omne Jus suum, quod in illud habuit; Neque tamen hoc ad Eum, cui collatum voluit, transfertur.

v. *Grot. de J. B. & P. l. 1. c. 4. §. 10. & Ziegler. ibid. 180. seqq.*

III.

Jus recipiendi Judæos in Imperio Romæ. Germ. competit tam Statibus Imperii, vi superioritatis territorialis; quam aliis, qui illud ab Imperatore per speciale Privilegium impetraverunt.

v. *Policey-Ordn. de anno 1548. tit. von Juden und ihren Wucher. & de anno 1577. tit. 20. add. Mart. Magerus Schanberg, de Advocat. Arm. c. 8. n. 220. usq. ad n. 305.*

IV.


Per Germanici Imperii Leges Testamentum Militare est vel Eorū, qui in præsidio aut hybernis sunt, & secundum requisita Juris Communis fieri debet: vel Eorum, qui in expeditionem eunt, aut etiam in tentoriis morantur, nullum tamen hostem instare vident, & duo testes requiruntur: Vel tandem Eorum, qui in Expeditione, & periculis bellicis obnoxii sunt, & nullis plane solennitatibus Juris Communis indiget.

v. *R. J. de anno 1512. tit. von Notarien &c. §. Und sollen die Notarien &c. verb. Ritter die zu Feld. &c.*

V.

Bona utensilia de Jure Saxon. regulariter mobilibus: quod si tamen à Tutore alienari debeant, quoad solennitates Alienationis Bonis immobilibus annumerantur.

v. *Const. Aug. 14. p. II. Carpz. p. II. C. 12. d. 18. Id. C. 14. d. 69. n. 2. & d. 18. n. 4.*



in-
ha-
nit,

99.

m.
o-
le

7
s

i-
&
el

Österreichische Nationalbibliothek



+Z167899103

Digitized by Google

